Ertū mysteriū declarandū de homicidio dr irregularitatis. Est aūt irregularitas ſm Speculatorem nota seu impedimētuz canonicū: qua gs ꝓhibeꝫ ad ecclīastica ordines ꝓmoueri t in eisdē mīstrare. Hec aūt contrahitur ꝓpter homicidiū vel mutilatōem mēbroz. Pro cuiꝰ declaratione plenioze notāda sūt aliqua documēta. Primū documētū q si homicidiū fiat solū mēte nunq̄z inducit irregularitatē: qz lex ꝓmotōis scīm regrit. 15. q. 1. c. fi. Immo t si gs vibzet gladiū aio occidēdi t tñ nō segtur effectus mortis vel mutilatōis: nō incurrit irregularitatē ēt si vulneraret t certuz sit q nō est mors secuta vel amissio mēbri. Nec qz directe vel idirecte. Quod ꝓpterea dico: qz si vulnus itulisset nō de se mortale. Et vulneratus vel ꝓpter impitiam medici vel ꝓpter defectum custodie. s. qz nō cauet sibi a norijs mortuꝰ est vulnerās nō est irregularis ſm Petrū de ancha. Sed vide melius extra de homicidio c. Petrus. Secūm documētū q illi q iter sūt vindicte sanguis seu morti t nō ꝓstant cōsiliuz vel auctoritatē nō sūt irregulares. fz Innocē. t Guillin ēt si appeterēt illius mortē. Tertiū documētū: q qui videt aliquē occidi t delectaꝫ: t possz ēt sine sui piculo liberare si vellz ꝗz uis pessime faciat nō tñ ē irregularis. Sic nec medicus q dimittit infirmū mori nolēs mederi: t diues q dimittit pauperem fame mori. 15. q. 1. c. Si gs iratus. Quartū documētū: q si gs mādat occidi aliquē vel mutilari t segtur effectus ē irregularis. Si tñ reuocasset mandatuz t exꝑsse t sine vlla fictōe ꝓhibuit t anteq̄z seq̄retur effectus nō ē irregularis. ſm Inno. extra de simonia. c. Sicut tuis. Quintū documētū: q si gs mandat aliquē verberari inhibēs exꝑsse ne occidaꝫ aut mutiletur. Et verberator nihilominus occidit vel mutilat ē irregularis mādator sicut executor: qz mādando in culpa fuit. Extra d homicidio. c. Ioannes. 6. Sextuz documētū: q ep̄s vel aliꝰ ꝓlatꝰ q hz iurisditōez tpalē dz ꝓstituere iudicē secularē q audiat cās pcipue sanguis. Et illi pōt t dz ꝑcipe q faciat vni cuiq̄z iusticiā. Si aūt talis iudex iterroget cum in spāli. Quid agendū i tali q. s. meret penā sāguinis: pōt rñdere cōsule pitos. Et caueat ne ꝓpter suā rñsionē directā vel idirectā ille itelligat q debeat cū sanguie punire ſm Raymūduz. si ex hac rñsione reus occideret vel mutilaret ēēt ille irregularis. Pōt ēt ꝓlatus delegare alicui spāli sup aliquo maleficio t huiusmōi i iurisditōe sua cōmisso vt iḡsita veritate iusticiā exequatur. Et si cui cōmittit sic exeq̄tur t occidat nō ꝓ

pterea

ptera ille ꝓlatꝰ ẽ irregularis. ex̃ ne clericꝰ vl̃ monachi. c. Eps. Septimũ documẽtũ q̃ ñ soluz iudex i cã sanguis vbi segt effectꝰ ẽ irregularis Sz ẽt assessor testis. Notariꝰ scribẽs vel ꝓferẽs sniaz vel scribẽs attestatões vel legẽs dũ publicãt vel scribẽs vel dictãs lras ꝓ vidicta sãguis oẽs hij irregulares sũt q̃ coopãt i mãdato snie ẽm Raymũ. di. 50. Si qs extra ne cle. vl̃ mo. c. sniam. Sz ſi i huiusmõi snia nõ eẽt secutꝰ effectꝰ. ẽm Guill'. ẽꝫuis sint irregulares eps põt sup hoc dispẽsare. Princeps ãt q legẽ ꝺidit cuius legis auctoritate hoies sũt tradit mozti nõ efficit ꝓp̃ irregularis q̃ icertã ꝓsonã nõ aiadnuerunt: vt notat Archi. 23. q. 5. c. Officia. Dc tauũ documẽtũ. Si ꝓlati vel alij clerici ad defẽsionẽ rex suaz ponũt q̃relã de malefactozibus suis siue q eos dãnificauerũt penes iudicẽ secularẽ z emẽdã sibi petant fieri z ꝓuideri ne talia ꝓsumãt ꝫ eos si bi q̃relis iudex iserat mozt̃ exigente iusticia non sũt irregulares dicti clerici si ꝓtestati sũt exp̃sse q pena sãguis nõ intẽdunt Extra ꝺ homicidio. c. ꝓlatis. li. 6. Monũ documẽtũ: q̃ si qs interrogareꝰ ab aliquo. An liceat occidere malefactorẽ: si rndeat q̃ liz ꝓpẽdes ꝓbabiliꝰ ipe rñdẽs q̃ interrogans velit facer̃ ꝫ ꝓfilũ ciꝰ irregularis ẽ. Secꝰ aũt de rñsiõe gnali cognitois vel opinionis ex q̃ nõ credit aliquẽ inde iudicãdũ vel occidẽdũ: ꝫ Raymũ. Decimũ documẽtũ: q̃ si qs suadet alicui q̃ idubitãter exponat se mozti ꝓ xp̃o z ecclia z ille moriãt tali cõsilio nõ ẽ irregularis ẽm Innocen. z Hosti. Undecimũ documẽtũ: q̃ si qs committit homicidiũ veneno siue gladio siue quõcũq̃z spõtanea volũtate ẽ irregularis z nõ põt ꝓmoueri z ꝓmotꝰ ꝺz in ꝓpetuũ deponi. Extra ꝺ homicidio. c. Sicut dignũ. Et cũ tali'nunq̃z dispensat i ordine vel officio di. 50. c. Aldroz. Etiam si sit occultꝰ ministrare in ordie suo nõ põt de tpibus ordi. c. ſi. Poterit tñ dispẽsari cũ tali in beneficio. Nec excusat seu euitat irregularitatẽ si hoc facẽ ex ꝑcepto iudicis cuius nõ peccet obedietiã si iusta snia ẽ. 23. q. 5. c. cũ miles. Duodecimũ documẽtũ q̃ q̃ associãt homicidã: vt si ꝺz defẽdãt q̃uis nil aliud faciãt sũt irregulares si segtur mors vel mutilatio. Etiã si dissuaserũt ꝓus illi homicide: vt nõ faceret z tñ volẽtẽ oio facere associarũt. Silr oẽs qui de familia rectoris associãt malefactorẽ: cũ ducit ad mozt̃ siue equestres siue pedestres: cũcti sũt irregulares. Qui ẽt trahũt ad cozdã vel aliã torturã reuz vt confiteat maleficiũ z ille faceꝰ z occidit̃ est irregularis. Qui ẽt acuit vel portat mãm cum qua ẽ decapitãdus vel mutuat vel portat scalas vl̃ funes ꝓ aliquo suspendendo: ẽ irregularis. Sz pone casum q̃ clericus aio irato vadit ad occidendum aliquem z repiens ipm mortuũ ab aliis vt satisfaciat animo suo amputat cadaueri caput: vtrũ talis sit irregularis. Et cõiter dicunt doctozes q̃ nõ: qz hõ mortuus non est homo ẽm Archi. Nota tñ q̃ hec irregularitas homicidij quocũq̃z z quotiẽscũq̃z sit ꝑcta ãte baptismũ ꝓ baptismũ deleꝰ. di. 51. c. Si qs post baptismũ ẽm Hos. z Guill'. Sed post baptismũ ꝓ soluz papã dispẽsat̃ q̃ ẽt nõ facile facit. Grauissimũ itaq̃z petit ẽ homicidiũ qõ ex oi pte iuẽit puniri cũ sit cõtra magnũ hois bonũ desiderabilius ceteris alijs bonis tpalibus quod est ipsa vita. Hinc Cicero lib. 1. de officijs ait. Principio generi aiantium oi ẽ a natura tributũ vt se vitã corpusq̃z suũ tueatur declinetq̃z ea q̃ nocitura videant oia que sint ad viuẽdũ necessaria ingrat z paret vt pastũ z latibula vt alia eiusmõi generis. Hec ille. Abstinẽdũ itaq̃z ab illo crudele petõ vt sic bibamus aquã gratie iesu xp̃i: qui est benedictus in eternũ z in secula seculoz. Amen.

Sabbato quarte hebdomade. De luxuria fornicatoz siue de fornicatione simplici.

Sermo vigesimusoctauus.

Oducunt eimu

lierẽ in adulterio deꝑhensã. Scribũtur hec ẏba Joannis. 8. c. z in euãgelio hodierno. Nescio an temerariꝰ cẽseri debeã si dixero talem eẽ hoc tpe hoiz ꝺitõez vel paulominꝰ inferiozẽ q̃lis fuit duz iundauit i diebꝰ noe diluuiũ sup terrã: cum vix repiat vnꝰ e mille q̃ nõ turpitudini z ignamẽto luxurie succũbat. Hec sigdẽ pestis trucũlẽtissima oẽs cuiuscũq̃z statꝰ fere ꝺtamiauit. Et vbiq̃z pctã carnis miserosꝰ mortales ificiũt. quã obrẽ ap̃me puto fore necessariũ vt ꝺ luxuriã i seq̃ntibꝰ disputemꝰ. Et liz mã sit ꝺ se turpis z i grata tñ ea honestate ẏboz negociũ hoc, pseq̃mur q̃ nullꝰ nisi volẽs erubescat. Nec omittẽda ẽ obiurgatio tã setidi vitij ex eo q̃ pauci gdã fine rõe scãdalizãt: cũ potiꝰ oẽs q̃ sc mũdos puros z nitidos castitate putãt letari ꝺbeãt cũ audũt vitupatoez hoiz carnaliũ z luxurie dedito rũ. z qñ ꝺ luxuria i gnãli z ꝺ adulterio scripsimus in quadragesimali de penitentia. Hodie de luxuria fornicatozum dũtaxat dicemus

de qua tria mysteria ꝓponimus' declaranda.
Primū dicit acceptionis.
Secundū obiectionis.
Tertiū ꝓbationis.

Qd fornicatio aliqñ dicit idolatria: aliqñ omne pctm̃ mortale: aliqñ imūdicia luxurie t stricte cōcubitus soluti cū soluta. Cap. .1.

PRimū mysteriū declarādū de fornicatione dr acceptiōis. Accipit nāq; fornicatio i scripturis multipliciter. Primo dicit fornicatio idolatria vel infidelitas ex eo q; aia recedat p intellectū a deo adherēs falsitati t errori. Et de hac sepe reprehendit ppl's antiqu⁹ iudeoz qz sepius idolatrabat. Vñ dicitur Osee.4.c. Fornicati sunt a deo suo. Et primi paralipomenon.5.c. Fornicati sunt post deos populoz et iudicū.8.c. Fornicati sunt cū baali qđ erat idolū gentiliū. Et Sap.14.c. Initium fornicatōis exqsitio idoloz. Et.28.q.1.c. Idolatria. Aug. ait. Idolatria t q̄libet noxia superstitio fornicatio est. Secūdo fornicatio dicit q̄cūq; culpa mortalis iq̄ztū p eā q; recedit t si nō fide tñ affectu a deo legitimo spōso anime vnde Aug. dicto.c. Idolatria. Auaricia t q̄libet culpa q̄ aia aberrat a lege dei: fornicatio dici pōt. Et de hac dñs Hieremie.3.c. dicit. Tu fornicata es cū amatoribꝰ multis tñ reuertere ad me t ego suscipiā te. Anima cū tot fornicat amatoribus quot creaturas inordinate t supra deū diligit. Tertio fornicatio dicit ois actꝰ luxurie: fm illud Hysi.32.q.7.c. Nō solū ois imūda pollutio fornicatio dicit q̄tuis q̄q; diuersa turpitudinis voluptate ꝓstituat. Sed ꝓprie dicit fornicatio actus venereꝰ inter solutū t solutaz q̄ dicit fornicatio simplex ad distinctionē fornicationis large sumpte. Hec Yo fornicatio simpler est species luxurie fm Tho. 22.q.154. vt etiā dicit.36.q.1.§. Eū ergo.

Qđ triplici obiectiōe conant fornicatores ꝓbare fornicationē simplicē nō esse pctm̃: t de solutione p̄dictaz obiectionuz. Cap. .2.

SEcūdū mysteriū declarādū de luxuria fornicatoz dicit obiectiōis. Cōtendūt nāq; sepenumero fornicatores defendere t excusare pctm̃ suū tentātq; ꝓbare fornicationē simplicē nō eē pctm̃ triplici obiectione.

Pria eoz obiectio ē qz deꝰ nō ꝓcipit aliquid qđ sit mortale pctm̃. Sz deꝰ ꝓcepit osee vt dicit eiusdē.1.c. q; sumeret vxorē mulierē fornicariā t faceret filios fornicationū. ergo fornicatio nō est pctm̃. Secūda obiectio. Omne pctm̃ mortale p̄riat charitati. Sz fornicatio nō p̄riat charitati nec dei cū nō sit directe p̄ deū nec ꝓximi: qz p̄ nulli homini fit iniuria: ergo nō ē pctm̃. Vñ Amb. dicit. Omnis summa xp̄iane discipline i misericordia t pietate cōsistit quā q; hz et si lubricū carnis patiat vapulabit hz nō peribit.

Tertia fornicatoz obiectio ē qz Hysi. dicit di.34. christiano nō dicā plurimas sz nec duas hr̄e simul licitū est: sed vnā tm̃: aut vxorē: aut si cōiunx deest loco eiꝰ cōcubinā. Sed i cōcubina tu est fornicatio simplex: ergo nō est peccatum.

Ad primā obiectionē rndet Tho. Vbi.s. Vnomō fm̃ Hiero. videlicet q; oseas meretricez t fornicariā quādā accepit in vxorē t deipudica fecit castā. Et in h̄ nullo mō pōt argui. Sicut nec hodie figs meretricē duceret in vxorem volētē honeste viuere: vt p̄z.32.q.1.c. Non est culpād⁹. vñ ex̄ de sponsalib⁹.c. Inter opa laudant illi q; mulieres meretrices extrahentes de lupanari ducūt in vxores. Mā vt ibi dicit. Int opa charitatis nō mininū ē errātē ab erroris sue semita reuocare. Et vt dicit ibi glo. Meretrices dicunt q̄ multoz libidini p atēt.34. dist.c. Vidua. vel quaz publice venalis est turpitudo 32.q.4.c. Meretrices. Nico. Yo de li. dicit q; vxor quaz accepit oseas dicit mulier fornicaria qz erat gētilis t hāc accipit Oseas vxorē ex dispensatiōe dei. Vel pōt cōuenientissime dici q; fornicatio dr eē pctm̃ inq̄ztū est p̄ rationē rectā. Ratio aūt bois recta est fm q; regulat volūtate diuina q̄ est prima t summa rō. Et ideo qđ qs facit ex volūtate dei eiꝰ ꝓcepto obediēs nō ē p̄ rationē rectā t si videat p̄ cōem ordinis rationē. Sicut nec ē p̄ nām qđ fit p miraculū q̄tuis fit p̄ cōem cursuz nature. Et ideo oseas nō peccauit fornicādo ex dei ꝓcepto. Nec ꝓprie talis cōcubitus dz dici fornicatio nisi referēdo ad cursum cōez. Ad secūdam obiectionē rndet Tho. q; fornicatio simplex p̄riat charitati primi q̄ztum ad h̄ q; repugnat bono ꝓlis nasciture vt ostendemus i sequēti mysterio. Dicit Yo Ambrosij nō ē intelligēduz q; fornicator moriēs nō dāneꝰ pp opa misericordie exhibita: hz qz p illa dispōnit ad gr̄az t ad pniam vñ veniā in p̄senti cōsequeꝰ. Ad tertiā obiectionez rndet Gratianus di.34. Qđ ibi cōcubina sumit ipropriedelicet pro ea q̄ ducta est vere in vxorez: hz sine solemnitate legali: puta sine instrumento dotibus t testibus t huiusmodi. Hanc coniungez facit affectus. Sed concubinā nominat ler. Et sic etiā sumit concubina di.34.c. Isq non hz.

Qđ ꝓbari

Qō probari pt forōnicationē esse peccatum auctoritate: ratione: ⁊ exemplo. Cap. .3.

Ertiū mysteriū declarandū de fornicatione dicit ꝓbatio. Ad cōfirmationem veritatis ꝓbabimus simplicē fornicationē esse peccatū mortale tripliciter.

Primo auctoritate.

Secūdo ratione.

Tertio exemplo.

Primo ꝓbamus fornicationē esse peccatuz auctoritate. Jnquit. n. Apostolus ad hebreos 13.c. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus scilicet ad mortē eternā. Et prime ad thessalonicenses.4.c. Hec est volūtas dei vt abstineatis vos a fornicatiōe. Et ꝑme ad Cor.10.cap. Neq; fornicemur sicut qdā eox fornicati sunt ⁊ ceciderūt in vna die.24. milia qñ. s. filij israel fornicati sunt cū filiabꝫ moab: vt scribit numeri

Et ad Gala.5.c. Manifesta sunt opa carnis q̄ sunt fornicatio: adulteriū: imūdicia: impudicitia: luxuria: idoloꝝ fuitus: veneficia: inimicitie: cōtēciōes: emulatiōes: ire: rixe: dissentiones: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: cōmessatiōes ⁊ hijs similia: que vobis sicut ꝑdixi qñ q talia agūt regnū dei nō cōsequent. ⁊ Thobias.4.c. Attende tibi. i. caue ab omni fornicatione ⁊ ꝑter vxorē tuā nūq̄ patiaris crimē scire. Secūdū Alex. de ales in. 2. summe. Crimē ꝓprie ipoztat pctm̄ mortale. Et Aug. di. 34.c. Audite. Nō lz vobis fornicari. Sufficiant vobis vxores. Nō lz hre ꝓcubinas etiā si vxores nō habetis. Et Hysi. 32.q.5.c. Nō mechaberis. Nec gsq̄z ꝑter matrimonij federa alijs feminis misceat ad explendā libidinē. Scōo ꝓbam⁹ fornicationē eē peccatū rōne. Est qppe fornicatio ꝺ̄ legē naturalē: vt. n. ingt Tho. 22. vbi. s. ⁊ in. 3. ꝺ̄ gentiles. Ratio naturalis dicat homini q̄ filij debeant nutriri a parentibꝫ vsq̄z ad tps debitū. Ad hoc aūt nutrimētū ptinet nō solū cibꝫ corporalis sz etiā intellectualis. s. doctrine moz ⁊ discipline quo non est capax puer añ vsuz rōnis. Et cū postea fit capax non pōt vna die cūcta adiscere sz paulatiz. Et ad nutrimētuz corporale nō sufficit pr̄ i puericia. Ad nutrimētuz aie p correctionē nō sufficit mr̄. Naturaliter. n. hō est, pnus ad malū ab adolescētia sua ⁊ in tali etate paz timet matrē. Sz oz q̄ baculus timoris patrū sit sup eū. Propterea dicit glo. in. c. Ex lris. Extra de cōuersiōe infideliū. Qō filiꝫ minoz triennio apud matrē dz alī. Maioz triennio apud patrē. C. de patria ptāte. l. Nec filiū. C. de infantibꝫ expositis. l. scōa. Oportet ergo si, ples dz duci ad pfectionē statꝰ sui fz aiam ⁊ corpꝰ ad qō natura instigat q̄ parētes simul stent p magnū tp̄s. Sed fornicarij cū nō sint astricti aliqua lege ad ꝑmanendū fz possint ad placitū separari imo ⁊ debent separari ⁊ ꝓpter periculū palee iuxta ignē ⁊ ꝓpter scandalū alioꝝ amouendū. Jdeo ex tali separatione seqtur dānū, plis. Cōtra rationē igit̄ naturalē ē q̄ qs fornicet: qz oportet q̄ concubitus sit maris ad seminā cū qua ꝑmaneat nō p modicū tp̄s fz diu vel etiā p totā vitā. Jnde est q̄ marib⁹ i specie humana magna solicitudo de certitudine, plis inest qbꝫ iminet educatio ꝓlis. Sed ad hāc certitudinē facit determinatio maris ad seminā p matrimoniū p qō indissolubile ad inuicē ligātur. Hinc est qō in. c. primo extra de coniugio leprosoꝝ dicit Ho. Nō debent cōiuges diutius esse alter sine altero. 33. q. 2. c. Sigs necessitate. 32. q. 5. c. Siquis vxorē. Et in hoc ꝙbo diutius nō determinat quātū extendat. Et ideo in arbitrio boni viri existit. Extra de officio legati. c. De causis. Permittunt̄ tñ mariti qñq̄z ab vxorib⁹ recedere ⁊ abesse p multa tpa i fauorē terre sancte. Extra de vo. c. Ad multa. Diutius etiā quādoq̄z extendit vsq̄z ad biennīū. ff. locati. l. Cū dñi horreoꝝ. Cohabitatio itaq̄z viri ⁊ vxoris cōducit vtilitati, plis. Nec obstat si aliquis fornicando sufficienter ꝓuideat, pli de educatione: qz illud qō cadit sub determinatiōe legis iudicat̄ fm id qō cōmuniter accidit: ⁊ nō fm id qō in aliquo casu cōtingit. ff. de legibꝫ. l. Maz ad ea. Proles insup ex fornicatiōe suscepta ledit̄ qz priuat omni dignitate tpali ⁊ eccleſiastica ordinationū ⁊ ꝓlaturaruz nisi legitimet̄ ac etiā hereditate paterna. Sed i hoc satis horrandi sunt illi nobiles: q̄ p plures annos fornicarias detinuerūt ⁊ genuerūt filios ⁊ filias nec illas deserere volūt vt mr̄imonio illis copulent̄ cū a pctō sic ābo liberari possint: ⁊ filijs subueniāt p legitimationē. Mā vt scribit in. c. Tāta. eē q filij sunt legi. Tāta ē vis mr̄imoni, vt q̄ antea sunt geniti post ꝰctū mr̄imoniū legitimi habeant̄. Jdē institu. de nuptijs. §. vl. Et. C. de nālibꝫ liberis. l. Cū qs. Et vt dicit glo. i ꝓfato. c. Tāta. Tales legitimi sunt quo ad ordines ⁊ honores: qz mr̄imoniū oia purgat p̄cedētia. Et p̄dictis pz q̄re fornicatio sit pctm̄. vñ aug. 32. q. 5. c. Meretrices. ait. Meretrices eē ⁊ ad meretrices accedere, ꝓhibet dñs. s. Deu. 23. c. vbi dr̄. Nō erit meretrix de filiabꝫ israel. Tertio

ꝓbam⁹ fornicationē eē peccatū exēplo. Nā vt habet Actuū. 15. c. Ex determinatione facta ꝑ apostolos in cōsilio hierl'ys mādatū fuit cōuersis ad fidē ꝑcipue gentilib⁹ vt abstinerent a fornicatione. Et hoc ideo qꝛ pagani putabant sibi ħ licere. Sciat ergo vnusqsq; vas suū possidere vt inqt Apl's prime ad thessalonicenses. 4. ca. In sanctificatione ⁊ honore nō in passione desiderij sicut ⁊ gētes q̄ ignorāt deuz. Ipse qppe cōditor omniū mundos nos esse cupit vt sic digni sua gratia inueniamur. Quā nobis ipse largiatur qui viuit ꝑ infinita secula seculoꝝ. amē.

Dominica quarta i quadragesima. De luxuria sodomitaruz. Sermo vigesimus nonus: ⁊ valde necessarius sed modeste recitandus.

s **Equebatur** eū multitudo magna. Scribunt ħ Vba Joh. 6. c. ⁊ in euangelio p̄sentis dñice maxima ꝓfecto ē multitudo chrl stianoꝝ q iesum xp̄m ducē electoꝝ seq nolūt ꝓpter lasciuiā ⁊ carnales delectationes. Ita eniz inebriant venenosa dulcedine voluptatis: vt salutis sue imemores facti q̄ de xp̄o verissime p̄dicant ducāt ꝓ nihilo. Excecauit qdez illos malicia eoꝝ: ⁊ sua horrenda pctā minima eē putāt. Et lz oīs luxurie actus abhominabilis sit ⁊ detestādus: verūtamē ille est q alios excedit: q animaz ledit: q summo patri displicet: q fit ꝯ nām. Denominat antez cōi vocabulo a sodoma igne subuersa viciū sodomiticū. Hoc ē illd qd prohdolor tpib⁹ istis multos hz cultores. Hoc ē illud quo indignatus de⁹ ꝑsepe populos Italie pestilētijs exterminat. Hoc deniqz ē illud ꝯ qd exclamare p̄dicator qlibet dz. Inquit. n. dñs ꝑ Esaiā illud qd etiā ponit. 43. di. c. Sit rector. Clama necesses q̄si tuba exalta vocē tuā ⁊ ānūcia populo meo scelera eoꝝ. Et q̄zuis in tractatu de timore iudicioꝝ dei aliq̄ de punitiōe scripserim sodomoꝝ. Tamē vt grauitas tāti sceleris cunctis fiat nota statui in p̄senti sermone de peccato illo aliqua ꝑ necessaria enarrare. De q̄ proponemus tria mysteria declaranda.

Primū dicit nominationis.
Secūdū cōditionis. Tertiū punitionis.

Qd decē sunt nomina vicij sodomitici ex qbus deprehendi pōt grauitas ⁊ enormitas tāti sceleris. Cap. .I.

p Rimū mysteriū declarādū de petō sodomie dr̄ nominatio. Ex nominatiōe quippe illius peccati ostendit eius magnitudo.

Nā decem sunt eius nomina.
Primū crimē pessimum.
Secundū nefandū crimē.
Tertiū nefanda libido.
Quartū fedissima nequicia.
Quintū viciū cōtra naturam.
Sextū stuprum.
Septimū passio ignominie.
Octauū turpitudo.
Nonū abhominatio.
Decimū bestialitas inexcusabilis.

Primū nomē vicij sodomitici est crimē pessimū. vñ Gen. 13. ca. dr̄. hoies sodomite erāt pessimi peccatores coraz deo. Et Gen. 37. dr̄ de ioseph. accusauit fratres suos apud pr̄em de crimine pessimo. Scdz nomē ē nefandū crimē. Et de ħ. 32. q. 5. c. In eo. Tertiū nomē nefanda libido. de q̄ Instituta de publicis iudicijs. §. Itē lex iulia. Quartū nomē fedissima neqcia. Et de isto. C. de adulterijs. l. Fedissimā. Quintū nomē viciū ꝯ nām. Et de isto i autētico vt nō luxurient ꝯ nām. Sextū nomē stuprū. de q̄. ff. de officio p̄sidis. l. fi. ff. d postulando. l. 1. §. Remouet. ff. qd metuscā. l. Isti qdē. ff. de adul. l. Mariti lenociniuz. §. fi. ff. de extraordinarijs criminib⁹. l. 1. Septimū nomē est passio ignominie. Hoc expressit Apl's ad Ro. 1. c. Tradidit inqt illos de⁹ i passiones ignominie. Octauū nomē turpitudo de q̄ ibidē sic locut⁹ est Apl'us. Masculi relicto nāli vsu femine exarserūt i desiderijs suis: i iuicem masculi i masculos turpitudinē opantes. Nonū nomē ē abhominatio. De isto fit mētio Leui. 18. c. Cū masculo ne ꝯmiscearis cohitu femineo: qꝛ abominatio ē. Decimū nomē s. bestialitas i excusabilis ponit ab ari. i. 7. ethi. Et vere plusq̄z bestialitas dici posset: qꝛ viciū illud excedit bestialē ꝯditionē: qꝛ nulla bestia reperit ħ agere. Ita q ꝑ alia vicia hō efficit similis bestijs: ꝑ istud aūt iferior omni bestia cū nulla tātā turpitudinē agat. Et si obiceret q nō vr̄ eē ħ pctm̄ graui⁹ ceteris vicijs carnalib⁹: tuz qꝛ nō est cōtra deū sicut sacrilegiū: nec ꝯ ꝓximū sicut adulteriū. Rñdet Tho. q ħ pctm̄ ideo grauissimū ē qꝛ in ipso violat ordo nature q ē a deo. Ideo scribit. 32. q. 7. c. Flagitia. Diuina lex non sic fecit hoies vt se vterent mō ꝯ nām: violat qppe illa societas q̄ cū deo nobis eē dz cū eadē nā cui⁹ ipse est auctor libidinis ꝑuersitate polluit. Hec ibi. Dedit. n. nā legē nō solū hominib⁹ sz etiā brutis quā ipsa bruta ſuāt ⁊ sodomite trāsgrediunt

mūte trāſgrediunt. Hec ē vt p̄ maſculū t femi/
nā fiat generatio t cōſeruatio indiuiduoꝝ i ꝯli/
bet ſpecie. vñ phs i p̄ politice. ait. Neceſſariū ē
boiem t feminā ꝓmiſceri nō ex electiōe ſz a nā
qz. ſ. ē cōe oib⁹ animalib⁹. Et in. 2. de aia. O ia
viuentia nāliter appetūt cōtinuationē ſui ieē q̄
nō ē ſine cōmixtiōe actiui t paſſiui. Idē habet
ſ. q̄ nā inſtituit maſculū t feminā ad generatio
nē t ꝓcreationē filioꝝ. ff. de iuſticia t iure. l. I.
§. Jus nāle. Et in autētico. Quib⁹ modis nā/
les efficiunt legitimi. §. Liceat. Col. 6. Et. C.
de indicta viduitate tolleda. l. fi. Et. C. de legi
timis heredib⁹. l. Lege. Et inſtitu. de exhere/
datiōe liberoꝝ. §. Et h̄. Et i autētico detrīcte t
ſemmiſſe. §. I. col. 3. Laborātes ergo vicio ſodo
mitico homicide ſunt: t ſi nō gladio tū facto. et
crudeliores ſunt oi beſtia. Nā leones t leopar
di ſpentes t dracones t alie fere laborāt ad ge
nerationē t ꝓſeruationē ſue ſpeciei. Sodomīte
aūt laborāt ad deſtructionē generis humani.

¶Proinde tm̄ humana ratio h̄ ſcelus abhorret:
qz quātū in ſe ē gen⁹ humanū pimere nitit. Nā
ſi oēs eēnt h̄ nefando vicio maculati qs hō ge/
nerari poſſet: pfecto nō maſculus neqz femina
Ideo ſceleratiſodomite peiores ſunt phraone
t egyptijs: qm̄ illi ſicut ſcriptū ē Exodi. I. c. in/
terficiebāt tm̄ maſculos hebreoꝝ feminas autē
reſeruabāt. Vij vo omnib⁹ ſceleratioꝝ ma/
ſculos t femmas occidunt. ¶Propterea oēs
doctores affirmāt pctm̄ ſodomie excedere t ſu/
perare quātūcūqz ſpeciē peccati luxurie. Sicut
patet. 32. q. 7. c. Offerebat. c. vſus. c. Adulte/
rij. Et de pe. di. I. c. Qui puero. Et de excel/
ſionibus p̄latoꝝ. c. Clerici.

De ſeptē cōditōib⁹ ſodomitaꝝ qb⁹ correſpō
dent ſeptē q̄ fuerūt i punitiōe illoꝝ. Ea. .2.

s Ecūdū myſteriū declarādū de pctō ſo/
domie dicit ꝓditio. vt. n. dicit Hincē. i
ſpeculo hiſtoriali li. 2. In punitiōe ſodo
moꝝ q̄ notat Beñ. 19. c. ſeptē cōtinent i qb⁹ ſi
gnificant ſeptē cōditiones ſodomitaꝝ. ¶Pria
cōditio ē corruptio nature: t h̄ oñdit i clamore.
dixit. n. deus: clamor ſodomoꝝ t gomorreoꝝ
multiplicat⁹ ē nimis Beñ. 18. c. Sicut. n. mu
lier q̄ deflorat clamat vt libereť a corruptiōe. ita
nā clamat t cōqueriť de ſodomitis. Et iō in pe
nā hui⁹ peccati t deteſtatōez inſto dei iudicio lo
cus ille ſodomitaꝝ fact⁹ ē innālis. Nā Ysus ē i
mare ſalſuz qđ dr̄ mare mortuū: qr̄ ꝯ nām alio
rū ibi nec piſces viuūt t aues deſup volātes ſu/
bito mortue cadūt. Scđa cōditio ſodomitaꝝ
erat ipudētia peccati. Ita. n. libere t ipudenter
abſqz verecūdia h̄ faciebāt malū ac ſi cēt op⁹ licī
tuz. vſq a maioze vſqz ad minozē irruerūt in do
mū loth vt abuterent publice illis duob⁹ āgelis
hoſpitio receptis a loth qs hoies putabāt. Et in
penā pcuſſi ſunt cecitate. Sicut hodie ſunt alīq
ita ceci q̄ nō ſolū nō erubeſcūt: ſz gloziantur de
hmōi vicio vł ſe excuſant de aſſuefactiōe. Ter
tia cōditio fuit ſterilitas cōmixtiōis. Nā ex illa
ꝓmixtiōe vlī nihil poterat generari. Sic i penā
loc⁹ ille nihil gignit vtilitatis. Sic t iſto vicio p
diti vt ē pdictū p̄uant generatiōe filioꝝ. Vñ
putiphar q emit Joſeph dr̄ fuiſſe eunuch⁹. i. in
eptus ad generādū. Et h̄ qr̄ vt dicit Mi. de li. t
Blo. I. q. I. c. Sicut eunuch⁹. Dñs excaue/
rat genitalia ei⁹ eo q̄ ad turpē vſum ei⁹ emerat
Joſeph. Jō de⁹ ipediuit eū. ¶Propter tale viciū
pōt vxor negare debitū. 32. q. 7. c. O ēs. i glo.

Quarta cōditio ſodomitaꝝ erat ardor deſi/
derij. ¶Plus. n. deſiderabāt illi i viros q̄z i mu
lieres. Cui correſpondet in penā ignis ardor q
cōbuſſit eos t poma nata i arboribꝫ circūpoſi/
tis illi lacui q̄ vſqz ad maturitatē ſunt coloris vi
ridis. Maturāt vo ſi incidant fauille exeūt in ſi
gnū ignis eterni q̄ ſemp vrit peſſimos ſodomi/
tas. Mō eſt pdicādū populus qđ varro quidam
frater carcerat⁹ fuit eo q̄ aſſociauerat aliū t ābo
dormierāt cū qbuſdā mōialib⁹ i mon⁹ terio t
cū ſepe h̄ facin⁹ cōmiſiſſent res cū ſcādalo ppl̄
patefacta eſt t detecta. Dū vo ego pquiſiuiſſet
a fratre p̄fato q̄re ſicut graue ſacrilegiū ꝓmiſſi/
ſet. Rñdit ſe nūqz mōialē aliquā tetigiſſe: qm̄
i maſculos tm̄ ardebat ꝓcupiſcētiā ei⁹. O viciū
execrādū. O pctm̄ abhorrēdū. O deniqz irra/
tionabile t pluſqz beſtiale malū quo extinguit
amoꝝ ad mulieres t icēdit ardoꝝ ꝯ omne debi/
tū ad viros t maſculos. 5ª ꝓditio ſodomitaꝝ
fuit inſenſibilitas. Jſtud viciū ſecit ſodomitas in
ſenſibiles vt nihil ſentirēt de deo. Jn cui⁹ figu
rā vxor loth q̄ reſpexit retro vł ſa ē i ſtatuā ſalis.

6ª ꝓditio fuit tenacitas voluptatis: q̄ illos inue
teratos i h̄ vicio ad pniam nō ſinebat redire.
Huic tenacitati correſpondet gleba bituminis
quā loc⁹ ille multifarie vomit: bitumē aūt ē q̄dā
terra ſic colla adherēs. 7ª ꝓditio fuit ꝓtagio:
qr̄ h̄ vicio infecta erat tota ſocietas taliū. Cui cor
rñdet i penā qr̄ tota regio cū vrbe inſecta ſimul
ſubuerſa ē. Et pro h̄ et ꝓbuſſit dñs puulos et
Jnnocentes: qr̄ ſi virriſſent pp̄ cōtagiū imitati
fuiſſent opa turpia alioꝝ. Vñ i h̄ miſer⁹ ē eis
de⁹: vt habeť. I. q. 4. c. ¶Paruulos.

Q̄ omnes leges puniunt pessimos sodomitas. Cap. .3.

Ertiū mysteriū declarandū de vicio sodomie dicit punitio. Punit enim hoc pctū multipliciter in omni leg e. Prio in lege diuina. Scribit. n. leui. 20. c. Qui dor mierit cū masculo cobitu femineo vterq; opat est nefas morte moriat. Sc̄o punit i lege ecclesiastica. Mā vbi p alijs peccatis mortalib⁹ umponit cōmuniter pnia septēnis p̄ b̄ indicit penitentia maior. 33. q. 2. c. Hoc ipsuz. ℈. sequē. Clerici autē conuicti de h̄ vicio debent officio t beneficio p̄uiari. Extra de excessib⁹ platoz. c. Clerici. Tertio punit hoc vicū in lege ipali fm quā sodomita dz decapitari t q cōmodat domuz t q mediator est. C. de extraordinarijs criminib⁹. l. Qui puero. Secūdū Yo legē municipalē in aliqb⁹ locis tales debent p̄buri. Sunt etiā fm leges oēs sodomite infames. Et aduocare t p̄curare nō possunt. s. si essent p̄uicti. ff. de postulādo. ℈. Infames. Sed sup oia illa est quotidiana t frequens dei punitio quā videm⁹ qm̄ a triginta ante actis annis vsq; in p̄sētē diē tot pestilentijs t frequentib⁹ italia verata est vt iaz ciuitates vacue sint populus: t ob nullā causaz puto h̄ euenire nisi p̄pter abominationē sodomitaz. Sint ergo soliciti ciuitatum rectores ad talia facinora extinguenda: sint t parētes erga filios diligentes vt correcti t bene instructi atq; disciplinati tantā turpitudinem vitent. Sic faciendo mitigabit ira dei. A qua nos liberet iesus christus filius eius cui⁹ nomē sit in eternū benedictuz. Amen.

F eria secūda quintē hebdomade. De luxuria incestuosorum. Sermo. .30.

c **Rediderunt** scripture t fmoni quez dirit iesus. Scribunt h̄ Yba ioānis. 2. c. t in euangelio hodierno. Corrupti sunt t abominabiles facti pleriq; i studijs suis qm̄ nō plene credūt q̄ decuit xp̄s de regno celoz. Quapropter carnales effecti omnē libidinē p̄ solatio corporis student explere. Et lz in vicio carnis atq; luxurie multipliciter errēt tū hodie dicere nobis occurrit de pctō incestus Est quippe periculosum t graue in qō multi ex ignorātia: qdā Yo ex malicia labunt. Est autez incestus altera luxurie species q̄ consistit in cōmixtione carnali cū cōiuncta cōsanguinitate vel affinitate vel spirituali parētela. vñ Myst. 15. q. 3. c. Nō eā. Incestus ingt est cōsanguineaz vel affiniū abusus. Idē. 36. q. 1. c. Lex illa. Et vt dicit. 32. q. 7. c. Adulterij maluz. Incestus grauius peccatū est q̄z adulteriū. vt igitur hui⁹ peccati noticia ab omnib⁹ possit haberi in p̄senti fmone de luxuria incestuosoz dicturi tria p̄ponemus mysteria declaranda de incestu.

Primū dicit cōmissionis.
Secundū, phibitionis.
Tertiū punitionis.

Quomodo cōmittit incestus in cōsanguinitate: in affinitate t cōpaternitate. Cap. .1.

Rimū mysterium declarandū de incp stu dicit cōmissionis. Cōmittitur nāq; hoc peccatū in tribus.

Primo in cōsanguinitate.
Secūdo in affinitate.
Tertio in spirituali paternitate.

Primo cōmittit in cōsanguinitate. Est aūt cōsanguinitas vinculū p̄sonaz ab eodez stipite descendentiū carnali propagatione cōtractū: fz Petrū de palude in. 4. di. 40. Et nō q; dicit ab eodē stipite intelligendū est, ppinquo. Alias oēs homines essent cōsanguinei: q; ex vno. s. Adā secut de⁹ genus hominū: vt dicit Act. 17. c. Et dicit cōsanguinitas a cōitate sanguinis vt a cōcueniendo in sanguine magis q̄z i carne: ga sanguis magis est mā seminis. Mā sperma fz medicos est sanguis purissim⁹. Et qō dictū est carnali propagatione excludit Euā a cōsanguinitate Adc: q; pducta fuit spūali propagatione Sed nō excludit xp̄m a cognatione cōsanguineoz beate Yginis q; fuit naturalis propagatio ex parte matris lz nō ex parte p̄ris. In hac Yo cōsanguinitate sunt tres linee fm triplicem habitudinē quā habēt cōsanguinei ad inuicem Vna est p̄incipiati ad p̄incipiū vt filij ad patrē auū proauū t supra. Et fm hanc accipit linea ascendentiū. Secūda est habitudo p̄incipij ad p̄incipatū: vt patris ad filiū nepotē, pne potez t infra. Et fm hanc accipit linea descēdentiuz q̄ nō est alia a linea ascendentiū lz aliter accepta fm aliū t aliū modū cōputandi q; fz vnā fit acceptio ab inferiori ascendendo. Secundū aliā fit acceptio a superiori descendēdo. Tertia est habitudo eoz q; sunt ab vno principio sic fratrū q; sunt ex vno patre t matre. Et nepotum q; sunt ex duob⁹ fratrib⁹ vel sororibus t sic deinceps. Et fm hanc accipit linea trāsuersalis que sub diuidit in eā q̄ est collateralis ascendentiuz

in qua sūt

in qua sunt auūculus: matertera ꝛ patrūus. Et eam que ē collateralis descendentiū in qua sunt frater: sozor: nepos: ꝛ neptis ex filio vel ex filia Vt intelligaꝫ igitur qualis icestus cōmittitur. Sciēdū ꝙ postꝯ gl'osus ꝺus ꝑmos pētes ere auit voluit excludere a cōiugio vnū gradū consanguinitatis dicēdo p adaz Genesis. 2 c. Relinquet hō patrē suum ꝛ matrē ꝛ adherebit vxori sue. Idest nūꝯ licebit vllo tpe patri sumere filiam in vxorem: vel matri sumere filium in maritum. Et multominus extra coniugium carnal'r cognoscere: qz maximū eēt scelus i cestus. In ꝑmo ēt gradu cōsanguinitatis in linea collaterali fuit cōcessum ℈here mr̄imoniuz filijs adeꝑpter necessitatē: qz alij nō erāt. vnde oportuit ad multiplicandum genꝰ humanuz ꝙ filij ade sumerent vxores sozores carnales. Sed sublata hac necessitate semp fuit ꝓhibituz matrimoniū iter frēs ꝛ sozores germanos: qz maximus icestus ꝛ multomagis extra cōiugium talis cōmr̄tio. In lege aūt antiqua fuerūt aliqui gradus cōsanguinitatis exp̄ssi in quibus nō poterat ℈bi mr̄imonium. In noua aūt lege per determinatōem eccl'ie sūt declarati esse quatuoz gradus cōsanguinitatis ꝛ affinitatis in quibꝰ nō potest cōtrahi mr̄imoniū: vt pz extra de consanguinitate ꝛ affinitate. c. Si qui a stipite. ꝛ. c. Nō ꝺz. Est aūt ꝑmus gradꝰ in linea collateraliuz germani seu sozores carnales seu frater ꝛ sozor germani. Secūdus gradꝰ filij duoꝝ germanoꝝ qui dicūt cōsobzini. Tertius gradus filij consobzinoꝝuz. Quartus filij ꝓdictoꝝ. In nullo ergo hoꝝ graduū pōt cōtrahi mr̄imonium. Nō figs faceret sine dispensatōe pape mr̄imonium nullum eēt: sed cōtinuꝰ incestus ꝛ excōicati eēnt sciēter hoc agendo: ꝛ filij illegitimi eēnt. Sil'r si quis cognoscat aliquam consanguineā carnaliter in quocūꝯ ꝓdictoꝝuz graduū icestū cōmitteret vterꝯ ꝛ enoꝛmē petūm

Scꝺo cōmittitur incestus in affinitate. Est aūt affinitas ſm Raymūdū ꝓximitas ꝑsonarū ex carnali copula ꝓuēies oi carēs pētela. Vbi ꝑmo notandū ꝙ contrahitur affinitas nō soluz p copulam cōiugalem sed ēt per foznicariaz: vt ꝓbaꝫ. 35. q. 3. c. Nec cam. Et extra de eo q cognouit cōsanguineam vxoris sue. c. Discretionem. Ita tamē ꝙ vir ītret claustra pudoris ꝛ p ueniat ad cōsumatōem opis. Als nō ℈heretur affinitas: vt pz. 35. q. 3. c. Extraoꝺinaria. Et extra de eo q cognouit consanguineam vxoris sue. c. Fraternitatis. Scꝺo notādū ꝙ affinitas hoꝝ opatur ꝙ oēs cōsanguinei vxoris petri sūt sibi affines in eodē gradu i quo sūt consanguinei vxoris. Sil'r omnes consanguinei petri sūt affines vxoris sue i eodē gradu in quo sunt sibi consanguinei. Et qꝺ ꝺr̄ de vxore idē intellige de quacūꝯ muliere carnal'r cognita mō ꝓdicto. Sed consanguinei petri nullo mō sūt affines consanguineis vxoris sue: nec iter eos p hibetur matrimoniū. Extra ꝺ consan. ꝛ affi. c. Super bijs. vnde germani pūt ℈here cū duabus sozoribus germanis. Et pater ꝛ filꝰ pñt contrahere cū matre ꝛ filia. Et relicta viri ꝙ fuit germanus vxoris mee vxore mea mortua potest eē mihi vxor. Extra de consan. ꝛ affi. c. qꝺ super bis. Tertio notandū ꝙ mortua ꝑsona qua mediante fuit cōtracta affinitas vtputa marito vel vxore: concubitore vel concubina remanet affinitas nihilominus que erat ad consanguineos eius: vnde affinitas habet quatuoz gradus infra quos non pōt contrahi matrimonium: ꝛ hꝝ fundantur in gradibus consanguinitatis. Quare qui etiam foznicatus est cuz aliqua non potest contrahere cum consanguineis foznicarie: ꝛ econuerso vsqꝯ ad quartum gradum. Et qui sic contraherent essent excōicati vt in clementina. Eos. Nota etiaz ſm ℙetꝝ de palude ꝙ qui cognouit consanguineam vxoris sue adhuc sponse soluta sunt spōsalia nec potest illam sponsam habere vxorem obstante sibi affinitate contracta. Nec econuerso illā quā foznicarie cognouit obstante sibi publice honestatis iusticia. Et hoc nisi papa dispesante. qui autem cognouit consanguineam vxoris sue cū qua contrarit per ℣ba de p̄senti sed nondum consumauit matrimoniuꝫ cum non posset debitum negare nisi itrando religionem: videtur ꝙ ad hoc teneatur ne incestum cōmittat cognoscendo affinem: ꝛ cum hoc valeat facere qz nondum consumauit. Quod si vult remanere i seculo necessaria est sibi dispensatio ad redden dum debitum si hoc vult sine peccato facere: ꝛ potest ep̄us dispensare. Qui autem cognouit consanguineam vxoris ꝛ consumauit matrimonium tenetur quidem debitum reddere sed petere non potest absqꝯ dispen'atione episcopi Si quis igitur in bijs quatuoz gradibus affinitatis contraheret: matrimonium nullum esset sed continuus incestus: vt in dicta clementina Eos. Qui etiam per copulam foznicariaz hāc affinitatem contraxisset non posset contrahere cum consanguineis illius cum qua foznicatus

est sed bene cum illa. Nota etiaz diligenter: q̃ si quis cognouit carnaliter mulierem cuiꝰ matrem vel filiã vel sororem germanã vel consobrinã hz vxorẽ si cognouit carnaliter illã antequã hz̃issz p verba de p̃senti cũ ea quã durit i vxorẽ matrimoniũ nullũ ẽ t dirimi dz ꝓpter impedimẽtum affinitatis p̃cedens. Sz si carnaliter cognouit illam postea hz̃it p verba de p̃senti cũ p̃dicta. s. muliere vel filia vel sorore vel alia consanguinea vel affine matrimoniũ qdem tenet. Sed p dit ius petendi debitũ ab vxore reddere tñ tenetur sed exigere nõ põt absq; pctõ mortali. Extra de eo q̃ cõtuit cõsanguiẽã vxoris sue. c. Discretõem. Et. 27. q. 2. c. Qui dormierit. t. 32. q. 7. c. Qui dormierit. cum pluribꝰ capitulis.

Tertio cõmittit incestus in spũali paternitate t cõpaternitate q̃ dicit cognatio spũalis q̃ hz̃it i collatõe quoz sacramẽtoz. s. baptismi t cõfirmatõis. Et hz tres gradꝰ. ℙrimꝰ dicitur cõpaternitas t hz̃itur iter patrem t matrẽ eiꝰ q̃ tenet ad baptismũ vel cõfirmatõem t eũ qui tenet ad baptismũ vel confirmatõem ac ẽt vxorẽ eius vel ẽt qui baptizat vel cõfirmat. Secũdus dicit paternitas t hz̃itur iter eũ q̃ tenet ad baptismũ vel confirmatõem aut ẽt q̃ illa sacramẽta cõfert qui dicit pater spũalis t eũ vel eã q̃ tenet qui dicit filius eiꝰ spũalis vel filia spũalis

Tertius dicit fraternitatis: t hz̃it inter illũ q̃ tenet vel eã ad baptismũ vel cõfirmatõem t filios eiꝰ q̃ tenet. Si ergo in hoz graduũ q̃ ad vltra nõ extẽdũtur aligs hz̃erit: matrimoniũ nullum ẽ sed dirimẽdũ. Et silr si qs cõmisit opus carnale cũ aliquo vel aliqua i aliquo gradu bulus cognatõis spũalis incestũ cõmitti. 30. q. 3. c. 1. Extra de cognatõe spũali. c. Martinus. Et vt dicit. 35. q. 8. c. Incestuosi dum in ipo ꝺ testando atq; nephãdo scelere manẽt nõ iter fideles xpianos sz iter gentiles t cathecuminos habeãt. Nota tñ hoc loco aliq̃ documta. ℙrimũ q̃ excepto sacramẽto baptismi t cõfirmationis p collatõem alioz sacramẽtoz nõ hz̃it cognatio spũalis: vt pz de cognatõe spũali. lib. 6. Scõm documẽtũ q̃ põt aligs hz̃ere cũ sororẽ filij sui spũalis. 30. q. 3. c. Illud. Tertiuz documẽtũ q̃ pz põt hz̃ere cuz illa quã filius eiꝰ tenuit ad baptismũ dicto. c. Illud. Cuius filius non possit hz̃ere cũ illa quã tenuit pater ad baptismũ. Quartũ documẽtũ q̃ ex eo q̃ cognatio spũalis non hz gradus cuius filius naturalis petri nõ possit hz̃ere cũ filia spũali ipsius petri quã. s. tenuit ad baptismuz vel cõfirmatõem posset tamẽ hz̃ere cum filia filie spũalis ipsius petri. 30. q. 3. c. 1. Quintũ documẽtũ q̃ filij duoz cõpatrũ siue sint geniti ante cõpaternitatẽ siue postea possunt hz̃ere adiuicem excepta illa sola ꝑsona per quã cõpaternitas ẽ cõtracta que nũq; poterit copulari alicui filioz sui ꝑis spũalis. 30. q. 3. c. Super gbus. Sextuz documẽtum q̃ si qs puta petrus ℌ volũtatez vroris: puta marie tenet vel leuat de sacro fonte filium alteriꝰ: puta ioannẽ filiũ martini ℌ voluntatẽ ipsius martini: fm ioãnẽ neapolitanum i suis quolibetis vtiq; hz̃itur iter eos ba cognatio spũalis nõ obstante ℌdictione volũtatis illorum. Ita q̃ petrus ẽ ba cõpater martini t maria ẽ ba cõmater ioãnis velit nolit. Nz quod est ex statuto ecclesie nõ dependet ex voluntate subiectoz statuto t statuctis. Sz ex statuto ecclesie ẽ q̃ cognatio spũalis transeat ab vno cõiugũ in alterz cõsumato matrimonio. Et q̃ cõpaternitas acgratur patri carnali p boc: q̃ aligs filium eius leuat de sacro fonte. Septimũ documẽtum q̃ p curatorẽ nõ põt cõtrahi cõpaternitas quãtũ ad cognatõem spũalem: vt ponit Archi. p legẽ post mortẽ. ff. de adoptõibus. Octauũ documẽtũ q̃ si plures sint tenẽtes ad baptismũ possunt nihilominꝰ illi inuicẽ contrahere: vt notat Inno. Nonũ documẽtum q̃ laicus q̃ baptizauit aliquã siue i casu necessitatis siue extra nõ põt hz̃ere cuz illa. Extra de cognatõe spũali. c. Me duz. li. 6. Decimũ documẽtum ſz Tho. in. 4. di. 42. q̃ si mulier vel vir baptizet vel tenet ad baptismũ filiuz ꝓprium si boc facit in articulo necessitatis siue p errorẽ nõ ipedit exigere vel reddere debituz Extra eodẽ. c. Si vo. Si ãt facit p frandẽ impedit exigere sz tenet reddere. Quod si vterq; fecit i frandẽ neuter põt exigere t vterq; tenet exactus reddere fm Hosti. Et addit q̃ melius ẽt si continerẽt. Eodẽ ẽt modo si vir tenet aliquẽ filiũ vroris sue: vel vroz marii sui ex malicia nõ ignorantia nõ põt exigere debitũ. Credit tñ q̃ super boc possit eps dispensare. s. quo ad exactõem debiti. sz ℙetrũ de palude. ℙn decimũ documẽtũ q̃ si vroz petri putaꝓioanna tenuit ad baptismũ filiũ berte anteq; cõmisceretur vel cõtraberet matrimoniũ cum ipo petro. Ipsa mortua poterit petrus habere in vxorem ipsã bertã. Et sic successiue isto mõ põt qs habere duas cõmatres in vxores. Sed si petrus cognouit ioãnã anteq; teneret ad baptismũ filium berte nõ poterit vnq; postea habere bertaz

in vxorem

ñ vroꝛē. Duodecimū documētū q ſm opi
nionē aliquoꝝ. Cōpaternitas trāſit a viro i mu
lierē quācūq; carnal'r cognitā: q̄uis nō ſit vroꝛ
Hanc opinionē ponit Tho. in. 4. di. 42. Idē
ſentit Slo. ſuper. c. Si qs ex cōiugio. vbi ad
dit rō q; vna caro efficūtur foznicari⁹ cū fozni
caria. Idē tenet Jo. andre. Riccardus āt i. 4
di. 42. dicit. q ſi aliq efficiant vna caro p fozni
catōez nō ꝓpter hoc trāſit cōpaternitas ab vno
in aliū: q; per rē pure carnalē nō ꝟbīt cognatio
ſpūalis. Idē tenet Petrus de palude in. 4. di
cēs q cognatio ſpūalis dicit q; a ſpūalib⁹ cauſa
tur. vnde Ꝟius videtur q nō ſic foznicarij cōi
cent ſibi actōes ſicē coniuges. Q; in foznicari
is nō eſt niſi vinculū carnale ad tp̄s. Jn coniu
gatis Ꝟo ſpūale t carnale: vnde ſūt magis vnū
in carne vna. vnde in cōputatione graduū pa
ter t mater vna ꝓſona cōputātur. Quāuis aūt
eſſe duos in carne vna equaliter fit in foznica
tōe t coniugio. Tamē hic vbi q̄ritur de cogna
tōe ſpūali aliquid dz facere vinculū ſpūale. An
tonius de butrio ſup. c. Martinus. de cogna
tōe ſpūali refert vtranq; opinionez. Sed hanc
vltimmam dicit tenere Hugonem t Archidi
aconū t Joānez andree in nouella. Nec vt ip
ſi dicūt obſtat q copula foznicaria inducit affi
nitatem: q; illud in affinitate cozpozali que ctiaz
p illicitam copulam t vinculum cozporale acq
ri pōt. Secus in ſpūali vt ē compaternitas q̄ ē
vinculum ſpūale. vnde abſonum ē dicere q p
copulam foznicariam contrahaꝫ. Jnno. vtran
q; opinionem ponit t neutrā alteri p̄fert. vn
de ſiquis inueniret tale matrimouium tam cō
tractū de p̄ſenti vel cōſumatū ex quo aliq dicūt
illud tenere tuta via eſſz peteretur diſpenſatio
vel declaratio a domino vt papa. Q̄ō ſi habe
ri nō poſſit ſm regulā Hoſti. q dicit: q; vbi re
periuntur contrarie opiniones de matrimonio
vtrū teneat vel non adherendū eſt illi q̄ indicat
matrimoniū tenere niſi Ꝟia opinio ſulciretur
canonica auctozitate exp̄eſſa. Sed̄m igit eum
potius debent dimitti in ſuo coniugio q̄z ſepa
rari. vbi autem tales non nondum contraxiſ
ſent cōſulendū eēt eis q; abſtinerēt a ꝟctu hi⁹.

Q̄ō inceſtus ꝓhibetur tum vt ſeruetur ho
noꝛ pentibus: tum vt extinguatur occaſio pcti:
tum ēt vt cōtrahatur matrimonium t amicitia
cum extraneis. Cap̄. .2.

Ecūdum myſteriū declarandū de ince
ſtu dicitur ꝓhibitiōis. Prohibetur ſi
quidem cōmixtio conſanguineoꝝz vel
affinium. ſm Tho. 22. q. 154. multiplici rōne.
Prima rō eſt q; natural'r homo dz quandam
honoꝛificentiam parentibus per conſequēs ali
is conſanguineis qui ex eiſdem pentibus de,p
pinquo trabunt oꝛiginem. Intentū q; apud an
tiquos vt Valerius refert non erat fas filium
ſimul cum patre balneari ne ſeip̄os inuicem nu
dos c̄nſpicerent. Manifeſtum ē autem q; in
actibus venereis maxime conſiſtit quedaz tur
pitudo honoꝛificentie contraria. vñ de hijs ho
mines Ꝟecūdant. Et iō icōgruum ē q; coniū
ctio venerea fiat taliū ꝓſonaꝝ adinuicez. Sed̄a
rō eſt q; ꝓſonas coniunctas ſanguie neceſſe ē
adinuicē ſimul conuerſari. vñ ſi hoies tales. ſ.
q ſunt conſanguinei vel affines nō arcerent a
mixtione venerea nimia oportunitas daret ho
minib⁹ veneree cōmixtionis: t ſic ānimi eoꝝz
nimis molleſcerēt p luxuriā. Tertia rō eſt q; p
hoc ꝑpediret multiplicatio amicoꝝ. Duz. n. qs
vroꝛē extraneā accipit iūgūtur ſibi q̄dam ſpāli
amicitia oēs cōſanguinei vroꝛis ac ſi eēnt con
ſanguinei ſui. Quarta rō q; cū nāl'r hō conſan
guineas diligat ſi aderet amoꝛ qui ē ex cōmixti
one venerea fieret nimius ardoꝛ amoꝛis t libi
dinis incēſtuū q̄ caſtitati repugnat. Et q̄uis
ieſtus dicaꝫ q̄ſi nō caſtus t quelibz ſpēs luxu
rie cozzūpat caſtitatē. tamē Anthonomaſice dr̄
de ieſtu cozzuptio caſtitatis. q; abnſus marie
cōiunctaꝝ ꝓſonaꝝ iducit cozzuptelaz caſtitatis
ex freq̄nti ꝙuerſatiōe t cohabitatōe domeſtica.
Propterea piculoſuz ē vt frēs cū ſoꝛoꝛib⁹ doꝛ
miāt t filiabus. Aut cōpatres cū cōmatrib⁹ ni
mis familiariter conuerſent.

Qual'r punitus eſt inceſtus vt pz in multis
exemplis. Cap̄. .3.

Ertiuz myſteriū declarandum de ince
ſtu dicit punitōis. Propter iceſtuz q;
dem paulus excōicauit quēdā cozinbū
q abutebatur nouerca ſua. Et traditus fuit ꝓ
pter hoc in ptātē ſathane vt haberē. 1. ad cozin
thios. 5. c. vt i cozpe verareꝫ a diabolo ſicut ve
rabaꝫ in aia. Ruben q cognouit carnal'r vro
rem p̄ris ſui iacob diminutus fuit i p̄mogeni
tura. vñ dixit ei p̄r. Ruben p̄mogenit⁹ meus
maioꝛ i donis. ſ. eē debuiſti. ſ. ꝓpter p̄mogeni
turam. Minoꝛ i ꝓpio. ſ. es effect⁹. ſ. ꝓp iceſtum
tuū q; aſcēdiſti cubile p̄ris tui t maculaſti thoꝛ
ei⁹ Deū. pe. c. Sed in li. de b̄ndictione patri
archarum legitur: q; ruben infirmat⁹ ad moꝛ
tem ꝓpter hoc infirmitatem iliacham incurrit.

Amon qui violauit sororem suã interfect⁹ fuit ab absalon: vt scribit scõi Regũ.13.c. Et gl'ios baptista ita exhortauit hoc facinus: q cum p cepit herodẽ regem illud icurrisse cũ herodia/de cognata sua egressus est desertum quod ne cq ꝓpter pniam deseruerat vt increparet tan/tum nefas. Et cum sceleribus plurimis ille eẽt deditus solum de hoc publice arguit eũ dicens Non lz tibi habere vxorem fratris tui. Marci 6.c. Ob quã reꝓhensionẽ Joãnes incarcera/tus fuit ⁊ decollatus. Quis igitur enumeret quot sunt viri ⁊ mulieres i icestu depditi. quot coniugatoꝝ ꝓpter icestum pctã. Nolo ad ptcu/laria descendere itm confessores exhortor vt cau te interrogent penitentes quos si iuenerint laq̃ is icestus irretitos non absoluant ita de facili. Sed dent opam vt aiarum saluti pꝛout expedit consulatur ⁊ deus honoretur. Amen.

Feria.3.qnte hebdomade. De pcõ accidie Sermo vigesimusprimus.

Scendit iesus

in templũ ⁊ docebat. Scribũt hec Vba Joãnis.7.c.⁊ i euã gelio hodierno. Qui se arbi/trant absq̃ labore asseq posse ꝑmium eterne vite vtiq̃ decipiuntur. quia vt Breg. ingt in homel. Ad magna ꝑmia pue/niri nõ põt nisi p magnos labores. Et de hoc Hiero. ad paulinũ ait. Nihil fine magno labo re dedit hec vita mortalibus. Propterea dux electoꝝ dñs iesus xps vt nobis exẽpluz daret in omni sua vita qua fuit i hoc mũdo studuit la borare vigilãdo: pegrinãdo: orãdo ꝑdicãdo ⁊ patiẽdo. Sũt tamẽ pleriq̃ accidie vitio detenti qui ad quecũq̃ opa bõa nedũ ex suo genere dif ficilia sed ẽt minima duros ⁊ tardos se reddũt Contra quos hodierna die dicemus locuturi de ipso vili ⁊ piculoso tamen accidie pctõ. De quo tria ꝓponemus mysteria declaranda.

Primũ dr diffinitionis.
Scõm originationis.
Tertiũ remediationis.

Ob accidia est tristicia ⁊ tediũ bene opandi Et de triplici tedio. Cap. .I.

Rimũ mysteriũ declarandũ de accidia p dr diffinitõis. In quo qd sit accidia vi deam⁹. Et ad hoc ita dicit Dama. Ac cidia ẽ tristicia aggrauans idest que ita dep̃mi aium hois vt nil boni et agere libeat. Et ꝓpea dicit Riccard⁹ de scõ victore. Accidia ẽ torꝑor mentis negligẽtis bona ichoare vbi ꝑ itelligẽ tia plenioꝛe tria sũt notanda. Primũ notan dũ. fm Tho. 22.q.35.arti.1. Qõ tristicia' õ se nõ noiat aliqd laudabile vel vitupabile: q pas sio ẽ: ⁊ passionibus nõ laudamur neq̃ vitupa/mur. Sed fm q hõ applicat passiones suas ad malũ vel ad bonũ põt bene vel male facere. Si cut ẽ tristicia de Vo malo vt de pctis si fit mo/derata ẽ bona ptinẽs ad pniam. Ita ⁊ tristicia si sit de Vo bono vt de bonis fiendis opib⁹ vt de malo sz imoderata ẽ pctm̃ ptinẽs ad accidiã Est igit tristicia accidie semp mala. Et hoc du/plr. Uno mõ fm seip̃am q̃. s. est de eo qõ est appens malũ ⁊ vere bonũ: q spũale bonum ẽ Ve bonũ lz appeat malũ sensitiue ꝓpter laborẽ g est in eo. Jõ q̃ quis tristatur de aliquo ope ad quod tenet semp ẽ pctm̃. Sicut ecõtra dele/ctatio ẽ mala ⁊ pctm̃ q̃ ẽ de Ve malo sed appa rẽti bono: vt delectatio fornicatõis ⁊ huiusmõi Scõo mõ tristicia accidie ẽ mala ⁊ peccatũ fm effectũ suum q̃. s. est de Ve malo vt de pecca/to vel morte alicui⁹ fi se aggauat mentẽ vt eam totaliter a bono retrahat. Scõm notanduz q accidia vt refert Tho. vbi supra. ⁊ Alex. in.2. sume ex eo q iportat tediũ bene opandi dr qua si acida ab accedine. Acida aũt seu acetosa sunt frigida: frigus Vo iducit difficultatem ⁊ tardi/tatẽ in motu. videmus. n. q aqua cũ ꝓpter frigus ẽ cõgelata imobilis manet que ex se fluerz Et senes qz frigidi sũt ⁊ graues sunt ⁊ tardi ad ambulandũ. Sicut econtra adolescẽtes in qb⁹ viget calor nãlis sunt festini ad ambulandum: ⁊ discurrẽdũ. Accidia ergo ẽ qdam frigiditas spũalis seu defectus amoris spũalis ⁊ feruoris diuini ex quo aia nõ monet vel cuz difficultate monet ad bene opandum. Jõ Bernardus in quadũ epla ait. Accidia ẽ animi qdam languoꝛ cũ legere nõ libet: orare nõ delectat: meditatio/nes solicite nõ sentiũtur. Tertiũ notandũ q triplex est tediũ. s.

Primũ ꝑsentis vite.
Scõm tribulatõis ⁊ angustie.
Tertiũ actionis Vtuose.

Primũ ẽ tediũ pñtis vite. Et õ hoc dicebat Job.x.c. Tedet aiam meã vite mee. hoc tediũ ẽ qdã tristicia õ vita pñtis i q̃ qs nollet eẽ. Et si hoc ꝓcedit ex desiderio celestis pꝛie ⁊ dei amo re ꝓfiderãdo q̃ dulce sit: q̃ suave: q̃ vtile vi/dere deũ: eo frui: scõꝝ angeloꝝ agminib⁹ inter esse ad qõ obtinẽdũ fact⁹ est hõ. Et quanta hic fit obscuritas mẽtis ex ignorãtia de deo: quãta

pericula

Sed hoc loco queriť vtrū soli epī possint cōfirmari. Et q⁹ fic ꝓbat. Nā scribit extra de sacra vnctione. c. Vnico. Cū ceteras vnctiones simpler sacerdos vel presbyter valeat exhibere hanc nō nisi summ⁹ sacerdos. i. epūs dz cōferre Itē de cōse. di. 4. presbyteri baptizatos infantes signare in frontib⁹ sacro chrismate nō presumant. Et idē habeť de cōsecratione di. 5. c. manus. ꝛ c. De hijs. Et. 68. di. c. Quāuis. Sz cōtra arguūt alij: q2 vt recitat Magister sniar in. 4. ꝛ habeť. 95. di. c. Peruenit. Greg. scripsit ianuario epō i grecia q⁹ sacerdotes possent inungere in fronte crismate ficut antea faciebāt Prohibuerat enim eos confirmare. Sz q2 populus fuit de hoc scandalizatus cōcessit q⁹ possent confirmare ficut ante. Respondet Landulph⁹ in suo. 4. q⁹ circa hoc varie diuersi dicunt. Alij enim tenent q⁹ Greg. cōcessit vngere in fronte oleo ꝛ nō chrismate ad scādalū: scādalū populi. Sed cōtra hoc obijcit glo. q2 tunc illū populū decepisset ꝛ ita vno sacramēto defraudasset q̄ nō est p3esumendū de sancto Greg. Quidaz vero tenent q⁹ Gregorius fecit illos sacerdotes qui erant sub ianuario epō quo ad actū cō-

firmandi eos: ita q̄ quilibet eoꝝ in ordine ea/ rum sibi in hac potestate collata cōfirmabat. Ri car. vero dicit q̄ hꝫ soli episcopi cōfirmare pos/ sint ex ordinaria potestate tamē simpler sacer/ dos cōfirmare posset ex cōmissione pape. Vñ glo. in. c. Quādo. extra de cōsuetudine ait. pa pa pōt delegare auctoritatez chrismādi simplici sacerdoti ꝛ nō laico. Episcopi vero licet ipsi pos/ sint crismare nō possunt tamē alijs inferioꝛib⁹ demandare q̄ ex officio hoc facere nō pñt. Sed alij episcopi vel archiepiscopi possunt hoc facere in dioceſi alterius episcopi de licentia ipsi⁹ epi. Episcopi enim ea q̄ sunt iurisdictionis vt iudi care excōicare ꝛ similia cōmittere possunt etiaz alijs nō habentib⁹ iurisditionē. Ea vero q̄ sunt ordinis ꝛ episcopalis auctoritatis non possunt demandare aut delegare alijs qui sunt inferio/ ris gradus. Et de cōsecratione ecclesie vel alta ris. c. Aqua. dixit textus. Licet episcopus cō/ mittere valeat que iurisditionis existunt q̄ ordi nis tamē episcopalis sunt nō possunt inferio/ ris gradus clericis demandare. Vbi glo. iuris ditionis: puta iudicare cognoscere de causis be neficia cōferre ꝛ omnia alia q̄ assecutus est epi/ scopus in cōsecratiōe: hec omnia cōmittere pōt ꝛ delegare vnicuiqz maiozi vel minozi. Sed ea q̄ sunt ordinis. s. clericos ordinare: Vgines cō/ secrare crisma conficere ꝛ similia nō pōt. Ergo vt redeamus ad nostra obligant fideles ad sa/ cramentū cōfirmationis qō episcopi conferunt Et vt fideles ecclesia alliciat ad deuotionē tanti sacramenti statuit inter cetera q̄ hꝫ quādoqz ciui tas sit suppposita excōicationi ꝛ interdicto: potest episcop⁹ cōuocare populū cū sibi videbit expe/ dire apud aliaz ecclesiā ꝛ p̄dicare isup ꝛ crisma re: vt pz extra de sniā excōicationis. ca. Ruſo.

De regulis que obseruari debent circa sacra mentū cōfirmationis. Cap. .3.

Ertiuz mysteriū videndū de sacramen to cōfirmationis dicit regulatiōis. In quo notāde sunt aliq̄ regule circa vsum eius. Prima regula fm doctoꝛes in. 4. q̄ hoc sacramentuz debet dari omnib⁹ fidelib⁹ ba ptizatis nō autē nō baptizatis ꝛ mulierib⁹ sicut ꝛ viris: quia etiam mulieres pro xpo dimicare runt. Vñ Crisosto. in homelia sup Mathеuz ait. In mundanis agonib⁹ etatis ꝛ forme ge/ neriſqz dignitas requirit: ꝛ ideo seruis ac mu/ lieribus: senibus ac pueris ad eos aditus dene gatur. In celestib⁹ aūt omni psone ꝛ etati ꝛ se/ xui indiscreta facultate stadiū patet. Et in home lia de militia spirituali dicit. Apud deū femine⁹ etiā militat sexus. Multe nāqz femine animo virili spirituales militiā gesserunt quedā enim interioris hominis virtute viros equauerūt in agonib⁹ martyrij: quedā etiā fortiores viris ex titerunt. Secunda regula q̄ paruuli etiā pos/ sunt cōfirmari qz si nō tunc tamen postea habe bunt fortē pfiteri xpm ꝛ minus habēt de fictio ne. Tamē qz hoc sacramentū iterari nō dz ꝛ nō sic p̄sumit de conuersato inter xpianos q̄ sit chrismatus sicut q̄ sit baptizatus. Ideo nō ex/ pedit q̄ paruuli cōfirmentᵉ ante septēniū vt pos sint melius recordari postea cōfirmati: qb⁹ etiaz ꝓpter hoc solet dari alapa. Saluantᵉ tamē puu li baptizati etiā sine ꝓfirmatione. Tertia re/ gula q̄ ille q̄ chrismaᵗ debet teneri ab aliquo hꝫ Tho. 3. par. q. 72. Nec tamen ista tentio est de necessitate sacramenti qz ꝛ sine ipsa daref: sed ē ex p̄cepto ecclesie si adsit facultas. Congruit autē tento huic sacramento qz cōfirmandus vt debilis cōfirmari petit ꝛ ideo ab alio vt a bacu/ lo sustentaᵗ quasi infirmus ꝛ mulier etiā tenere pōt. Quarta regula q̄ nō cōfirmatus nō de bet tenere cōfirmandū. Arg. de cōse. di. 4. ca. In baptizante. Itē nec vir vxorē nec vxor vir. Alioquin iure petendi debitū carebunt si scien ter facerent: secus si ignoranter. 30. q. 1. ca. De hijs. Itē cōsanguinei vel affines nō debent se mutuo tenere qz sufficit vinculū carnale vel na/ turale. Quinta regula q̄ in cōfirmatione cō trahitur cognatio spiritualis non solū impediens matrimoniuz contrahendū sed etiā dirimēs cō tractuz. Et hec cognatio cōtrahitur inter cōfir/ matuz ꝛ eū vel eos q̄ tenent ad cōfirmationem. Inter ipsum cōfirmatū ꝛ filios naturales ꝛ in/ ter alios de qbus dixim⁹ in sermone de luxuria incestuosoꝝ. Sexta regula q̄ adulti monēdi sunt p̄mittere confessionez ante cōfirmationez vt de cōse. di. 5. c. Vt ieiuni. Et hoc in omni susceptione sacramenti post baptismū obseruā/ duz est ab eo q̄ post baptismū peccauit mortaliᵗ

Sexta regula q̄ sacramentū cōfirmationis ieiunis ꝛ a ieiunis dari debet vt pz de cō. dist. 5. c. Vt ieiuni. Et. c. sequēti. qō ꝛ de omni sa/ cramento intelligendū est. Vñ sine cā post p̄ā duz ministrari nō debet: puta si eps non pōt mane cōmode chrismare. Septima regula q̄ in omni loco dū tamē decenti ꝛ honesto pōt eps cōfirmare sine peccato nō solum in ecclesia sed extra: hꝫ crisma soluz in ecclesia cōficī debeat ꝛ hoc intellige in dioceſi sua subditos suos nisi

ex cōmissione

ex cōmissione vel licentia cōfirmaret alios. Et nota q̄ si episcopus confirmaret nō subditos absq; sui superioris episcopi licentia vere p̄staret sacramentuz lz peccaret. Et nō efficeret irregularis neq; suspensus. Octaua regula q̄ vnctio chrismatis facienda est in fronte. Extra de sacra vnctione. ca. Vno. q2 vt magis audacter ⁊ sine rubore homo confiteat christum dat confirmatio: ⁊ ideo potius in fronte fieri debet vbi magis apparent huiusmodi passiones. Cōfirmat ista Tho. in. 3. parte asserens q̄ ista cōsignatio fit in fronte ꝓpter duo. Primo qdem quia chrismatus insignit signo crucis sicut miles signo ducis: quod quidē debet esse euidēs ⁊ manifestuz. Inter omnia autē loca corporis humani maxime manifestus est frons qui quasi nunq̄ obtegitur. Et ideo linitur chrismatus chrismate in fronte vt in manifesto demonstret se esse christianuz sicut ⁊ apostoli post receptum spiritū sanctuz se manifestauerunt q prius i cenaculo latebant. Secundo q2 aliquis impedit a libera cōfessione christi ꝓpter duo. s. ꝓpter timorez ⁊ ꝓpter verecundiā: vtriusq; autē horū signū maxime manifestat in fronte ꝓpter ꝓpinquitatez imaginationis. Et ꝓpter hoc spiritus a corde directe ad frontez ascendunt. Vñ verecundati erubescunt timentes autē pallescūt: vt dicit in quarto ethicoꝝ. Et ideo in fronte signatur chrismate vt neq; propter timorez neq; propter erubescentiā nomen christi cōfiteri pretermittat. Nona regula q̄ dz frons ligari quousq; chrisma desiccet. Nō oportet autez q̄ pānus septez dieb⁹ ligato capite portet sed q̄ septē diebus caput a lotione seruet: ⁊ hoc ꝓpter reuerentiā chrismatis ⁊ ꝓpter septem dona spiritus sancti. Sit ergo christiani diligētes vt cōfirmationis sacramentuz cū deuotione ac reuerentia suscipiant: vt sic fortificati iesum xp̄m dñz ⁊ saluatorez seculi confiteant: cui fit laus ⁊ gloria ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amē.

Feria sexta magna de flebili morte saluatoris nostri iesu christi.

Sermo. .48.

Inclinato capite tradidit spūz Scribunt hec vba Joh. 19. c. ⁊ i euāgelio hodierno. Si omniuz nostruz oculi fierent fontes aque viue vt lachrime ꝓfluentes ex illis sup excederent abūndantiā fluminū stagnoꝝ lacuū ⁊ maris oceani nō sufficerent ad satisfaciendum pietati quā debemus pijssimo redemptori nostro dño iesu christo. Nihil eniz excogitari pōt aut enarrari flebilius ⁊ cōmiseratione dignius q̄z eius acerba passio ⁊ mors crudelis ab eo ꝓ nobis vermiculis tolerata. Sz pleriq; asserunt nō cōuenire grauitati virorū sapientū vt se ad lamenta inclinent ⁊ lachrymas. Quos nos facile cōuincim⁹ exēplo eoꝝ qui ꝓpter planctū suoruz caroruz de benignitate laudant. Sicut Joseph q fleuit ⁊ deosculatus est faciē patris sui defuncti vt dicit Gen. 50. ca. Et Dauid q plāxit super saul ⁊ ionatha interfectos in p̄lio: vt scribitur secūdi Reg. 1. c. Et sup tumulū abner interfectus a ioab ⁊ abisai: vt habet secundi regū 3. c. ac pro amon filio quē interfecit absalon: vt patet secūdi reg. 13. c. ⁊ deniq; nunciata morte absalon flebat dicēs Absalon fili mi: fili mi absalon: ⁊ versa fuit victoria illius viri in luctū omni populo vt patet secūdi Reg. 18. c. De alexādro insup qui magnus cognominat⁹ est refert Quintus curtius q̄ audita morte vxoris darij fudit lachrymas. Sic ⁊ alij plurimi quos omittere libet. Cur igit nō debeat vnusq;sq; faciē lachrymis madefacere cū narratur mors illi⁹ qui fuit a patribus desideratus: a prophetis prenūciatus: a decem sibillis vaticinatus: ab angelo annunciatus: a virgine matre conceptus: ab helisabeth benedictus: a multitudine angelorum laudatus: a pastoribus inuentus: a stella monstratus: a magis adoraus: a Symeone iusto ⁊ sene in brachijs susceptus. Ipse vtiq; dei est ⁊ virginis filius. Ipse de spiritu sancto conceptus. Ipse omni gratia et veritate repletus. Ipse qui peccatuz nō fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Ipse speciosus forma pre filijs hominū: in quez desiderant angeli prospicere. Ipse deniq; qui dilexit ⁊ lauit nos a peccatis sanguine suo. Currite igitur gentes vndiq; et venite hodie ad locuz caluarie ⁊ dum in cruce post dira tormenta mortuuz inspicitis auctorez vite flebilibus vocibus aera complete. Plangite ⁊ vlulate super iesu in cruce pro nobis extincto. Plangite o virgines virginez de virgine natuz. Plangite o nupte ⁊ coniugati matrimonij precipuuz cultorez: qui vt illud extolleret aquam in vinum conuertit in nup ijs. Plangite. O vidue iesum qui viduas honorauit: et adolescentem filium qui mortuus erat suscitatum restituit vidue Matri. Plangite

viri docti summũ doctorẽ lumẽ mũdi qui semp̃ docuit veritatez. Plangite turbe ⁊ populi oẽs christũ q̃ turbas bis miraculo panũ refocillauit Plangite o matres filiũ Vginis innocentem decorũ affabilẽ trigintatres annos habentẽ etatis quẽ iudei pessimi hodie crucifixerunt: hodie vulnerauerunt: hodie illuserunt: hodie deniq̃z occiderũt. Sz cũ ad hoc nõ sufficiat imbecillitas nostra mente ad deũ est recurrendũ orandũq̃z: vt gratiã largiat̃ q̃z mediãte recordari tante rei cũ cordis teneritudine valeam⁹. Quare ⁊ vos astantes genuflexi in silentio dicite pater noster Ego Vo voce publica referã orationẽ quã facit ecclesia. Respice q̃sumus dñe sup̃ hãc familiaz tuã pro qua dñs noster iesus christus nõ dubitauit manib⁹ tradi nocentiũ ⁊ crucis subire tormentũ. Amẽ. Implorato iã ex superis p̃sidio: omnes ingenij vires excitabim⁹ ad cõtemplãdaz mortẽ vnigeniti filij dei: quã tulit vt nos viuificaret ac reconciliaret eterno patri. De ipsa itaq̃z morte iesu christi locuturi tria mysteria p̃ponimus cõtemplanda.

Primũ dicit̃ veritatis.
Secundũ penalitatis.
Tertiũ pietatis.

Qd̃ modus liberãdi genus humanũ p̃ passionez christi fuit conueniens. Et q̃ xp̃s occisus fuit a iudeis ac vere mortuus. Cap. .I.

Primũ mysteriũ cõtemplãdũ de morte christi dicit̃ Vitatis. In quo tria dubia pijssima declaremus.

Primũ vtrũ fuit cõueniens modus liberationis humane per passionẽ ⁊ mortẽ christi.
Secũdũ vtrũ xp̃s fuit ab alio occisus.
Tertiũ vtrũ xp̃s fuit vere mortuus.

Pro primi dubij declaratione audienda est sententia Augustini q̃ lib. 14. de trinitate ait. Sanande nostre miserie nullus alius modus cõuenientior fuit q̃z p̃ passionẽ christi. Ratio ẽ s̃m Tho. tertia p̃te. q. 46. q̃z tãto aliq̃s modus cõuenientior est ad assequendũ finez quãto per ipsum plura cõcurrunt expediẽtia fini. Per h̃ autẽ q̃ homo p̃ christi passionẽ est liberat⁹ multa occurrunt ad salutẽ hominis p̃tinẽtia p̃ter liberationẽ a peccato que sunt p̃ecipue tria.

Primũ est cognitio diuine charitatis.
Secundũ exemplũ virtuositatis.
Tertiũ cõseruatio puritatis.

Primũ est cognitio diuine charitatis. Per hoc eniz hõ cognoscit quantũ a deo diligat̃. Jõ Joãnis. 3. c. Christus dixit. Sic de⁹ dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Et Ecclesia dic̃ illud verbuz Grego. O inextimabilis dilectio charitatis vt seruũ redimeres filiũ tradidisti. Et Hiero. in epistola ad damasum papaz inquit. Que maior põt esse clementia q̃z vt dei filius filius hominis putaret̃ decem mensiuz fastidia sustineret partus: expectaret aduentũ: p̃ singulas adolesceret etates: ⁊ post cõtumelias vocuz alapas ⁊ flagella crucisq̃z p̃ nobis fieret maledictum vt nos a maledicto legis absolueret. Et Paul⁹ ad Roma. 8. ca. ait. Proprio filio suo nõ pepercit deus sed p̃ nobis omnib⁹ tradidit illũ. Si aũt aliq̃s obiceret q̃z magna iniquitas est innocentẽ passioni ⁊ morti tradere. Sz sicut dicit̃ Deut. 32. Deus fidelis est ⁊ absq̃z vlla iniquitate. Ergo filiũ innocentẽ nõ debuit tradere passioni ⁊ morti. Rñdet Tho. 3. p̃te. q. 47. q̃ de⁹ pater tradidit christũ passioni. Vno q̃dẽ modo s̃m q̃ sua eterna voluntate p̃eordinauit passionẽ christi ad humani generis liberationẽ s̃m illud qd̃ dicit̃ Esaie. 53. c. Dñs posuit i eo iniquitatẽ omniũ nostrũ. Secũdo inq̃ztũ inspirauit ei voluntatẽ patiendi p̃ nobis infundẽdo ei charitatẽ. Tertio nõ p̃tegendo eũ a passione sed exponẽdo p̃sequentib⁹. vñ vt dicit̃ Mah. 27. clamauit in cruce. Deus me⁹ cur me dereliquisti: q̃z. s. s̃m Aug. potestati p̃sequentiũ eum exposuit ⁊ subtraxit p̃tectionẽ nõ tñ soluit vnionez. Quod p̃dixerat Dauid in p̃s. illo. 20. loquens in p̃sona christi. De⁹ de⁹ me⁹ quare me dereliquisti ⁊c. cui⁹ expositionẽ scripsim⁹ i sermone de passione i alio quadragesimali. Et q̃ de christo Dauid loquebat̃ ostendit Lactãtius lib. 4. ex hoc q̃z in illo p̃s. dicit̃. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos. Vbi sic ipse sequit̃. Que vtiq̃z p̃pheta nõ de se locutus est fuit eniz rex ⁊ nunq̃z illa p̃pessus est. Spiritus dei p̃ illuz loquebat̃ q̃ fuerat illa passurus post annos mille ⁊ q̃nquaginta. Tot. n. colligunt̃ anni a Dauid vsq̃z ad crucẽ christi. Hec ille. Dicim⁹ ergo q̃ iniquũ est ⁊ crudele hominem innocentẽ morti tradere cõtra eius voluntatẽ. Sed de⁹ pater nõ sic tradidit filiũ q̃ obediens in sua oratione paterne se subdidit voluntati tertio replicãs. Pater mi si possibile est trasser a me calicẽ: verũtamen nõ sicut ego volo sed sicut tu fiat volũtas tua. Et nota de hoc possibili s̃m Tho. 3. parte q. 46. articulo. 2. Qd̃ aliquid põt dici possibile vel ipossibile dupliciter. Vnomõ simpliciter ⁊ absolute. Aliomõ ex suppositione. Simpliciter ⁊ absolute loquẽdo possibile fuit deo aliomodo

hominem

homine liberare q̃z per passionem filij. Quia non ē impossibile apud deuz omne verbū. Sz ex aliqua suppositione facta fit ipossibile: qz eni impossibile ē dei p̃scientiam falli ⁊ eius voluntatem siue dispositionem cassari supposita prescientia ⁊ ordinatione dei ⁊ passione christi nō erat simul possibile christum non pati ⁊ hominez alio modo q̃z per eius passionem liberari. Et si rursus aliquis quereret: an si deus liberasset hominez absqz omni satisfactione fecisset contra iusticiaz. Respondet Tho. q̄ non. qz ille iudex non potest salua iusticia culpaz sine pena dimittere qui hz punire culpam in alium cōmissaz: puta vel in aliuz hominez vel in totam rēpublicaz siue in superiorez principē. Sed deus non habz aliquem superiorem. Sed ipse est supremuz ⁊ cōe bonuz totius vniuersi. Et idō si dimittat peccatuz quod habet rationez culpe ex eo q̄ contra ip̄m cōmittitur nulli facit iniuriam. Sicut quicunqz homo remittit offensaz in se cōmissaz absqz satisfactione misericorditer ⁊ non iniuste agit. Tamen hoc non obstante noluit peccatuz sine pena dimittere. Et cū hoc sufficienter satisfacere non possz per aliquaz penaz quā pateretur ei satisfactorem dedit charitatēqz suam generi humano exhibuit. Scd̄m quod occurrit pertinēs ad salutem hominis est exemplum virtuositatis. In hoc eni q̄ xp̄s moriendo redemit humanū genus exemplū dedit omnibus obedientie: humilitatis: constantie: iusticie ac ceteraruz ꝟtutuz in passione xp̄i ostensaruz que sunt necessarie ad humanaz salutē. Jō dicit̄ prima Petri. 2. c. Christus passus ē pro nobis vobis relinquens exempluz vt sequamini vestigia eius. Tertiū quod facit ad salutez hominis ē conseruatio puritatis. Ex eo autem q̄ xp̄s passus ē pro nobis idicitur nobis necessitas seruandi nos a pctō imunes. Hic Paulus p̄me ad corinthios. 6. c. ait. Empti. n. estis magno precio valde: glorificate ⁊ portate deuz in corpore vestro. Et sic pz q̄ passio xp̄i primo attrahat ⁊ inflāmat cor humanuz ad dilectōem dei nos diligentis. vnde Bernard⁹ ait. Super omnia reddit te mihi amabilē bone iesu calix quē bibisti opus redemptionis nostre. Secundo passio xp̄i dat exempluz ꝟtutuz potissimū patientie ⁊ humilitatis: vt dicit̄. 93. dist. c. Dominus. Tertio iducit homines vt a peccatis abstineant cuz tante sit anima nobilitatis vt pro ea redimenda sanguinē xp̄us effuderit Vnde Hugo in li. de arra sponse ait. Amplius mihi vilis esse nō debeo que tm̄ deo placui vt mori dignaretur pro me: ne perderet me. Et Bernardus in meditationibus. Sublime ē anime preciuz que nō nisi sanguine xp̄i redimi potuit. Quaz ergo cōmutatōnem ꝓ anima tua dabis qui pro nihilo das illaz. Scd̄z dubiū declarandū vtrū xp̄us fuit ab alio occisus. Et q̄ sic pz qz ipse predixerat Luce. 18. Post q̃z flagellauerit occident euz. Sed cōtra arguunt pleriqz. Primo qz xp̄s dixit Joānes. x. c. Nemo a me tollit animā meā sed ego pono eā Ille aūt dicitur aliquē occidere qui animā eius tollit. Non est ergo xp̄s ab alijs occisus sz a se ipso. Scd̄o arguūt qz illi qui ab alijs occidūtur paulati debilitata natura deficiunt ⁊ maxie hoc apparet in crucifixis. In xp̄o aūt hoc non accidit. Nam clamās voce magna emisit spiritum vt dicit̄ Mathei. 27. c. Non ergo fuit xp̄s ab alijs occisus sed a seip̄o. Ad solutiōem horum obiectoruz dicit Tho. 3. pte. q. 47. q̄ aliqd potest esse cā alicuius effectus dupl̄r. Vno modo directe ad illud agendū. Et hoc modo persecutores xp̄i eū occiderunt: qz sufficientē ei causaz intulerūt cum intentōe occidendi eum ⁊ effectu subseq̄nte qz. s. ex illa cā est mors subsecuta. Alio mō dicit̄ aliqd cā alicui⁹ indirecte. s. qz nō impedit cum impedire possit. Et hoc modo ipse xp̄s fuit cā passionis ⁊ mortis sue. Poterat eni suaz passionez ⁊ mortez impedire. Primo qdem aduersarios reprimendo vt euz aut non vellent aut nō possent iterficere. Scd̄o qz sp̄us eius habebat potestatem cōseruandi nām carnis sue ne a quocūqz lesiuo inflicto opprimeret̄ quod qdem habuit anima xp̄i: qz erat vnita ꝟbo dei in vnitate p̄sone: vt docet Aug. i. 4. de trinitate. Qz ergo anima xp̄i non repulit a ꝓprio corpore nocumentuz illatum: sed voluit q̄ natura corporis illi nocumēto succumberet dicit̄ suam aiam posuisse vel volūtarie mortu⁹ fuisse. Et sic itelligit̄ illud qd̄ iducebat̄ p̄mo. Nemo tollet a me aiam meā. s. me iuito. Ad scd̄z vero arg. dicit Tho. q̄ vox illa magna a xp̄o emissa nō fuit naturalis sed miraculosa: ⁊ inter alia miracula mortis xp̄i cōputat̄. Quādiu. n. xp̄s voluit natura corporalis ei⁹ conseruata ē i suo vigore ēt in extremis. Sic ⁊ qñ voluit subito cessit illato nocumēto. Tertiū dubiū declarandū vtrū xp̄s fuit vere mortuus. Et q̄ sic ꝓbandum ē contra icredulos triplici via.

Prima dicit̄ ꝓphetice prenūciationis.

Scd̄a auctentice testificationis.

Tertia iudaice ꝓcurationis.

Prima via dicitur ꝓphetice ꝓnunciationis Prenūciata gp̄e fuit ex ꝑsse mozs xp̄i p multa secula anteacta. Vnde Jacob patriarcha genesis. 49. c. dixit. Symeon ⁊ leui frēs vasa inigtatis bellātia. In ꝓsilio eoꝝ non veniat aima mea ⁊ in cetu illoꝝ non sit gl'ia mea: qz in furore suo occiderūt virū ⁊ in volūtate sua suffoderūt murū. Maledictus furoꝝ eoꝝ qz pertinax ⁊ idignatio eoꝝ qz dura. Nicolaus de lira super 12. c. Joānis asserit q̄ pontifices iudeoꝝ ō tribu leui ⁊ pharisei ꝓ magna ꝑte fuerunt de tribu symeō. Jō ꝓphetico spū illustratus iacob dixit ꝙba predicta. Sed iudei hoc negāt referentes q̄ iacob ita locutus ē de symeone ⁊ leui ꝓpter bellū quod fecerunt contra sichimitas ꝓpter raptum dine sozoris eoꝝ de quo fit mētio Genesis. 34. c. Quos nos conuincimus primo qz belluꝫ illud iam ꝑteritū erat. ⁊ Jacob filijs annūciabat futura. Ideo vt ꝑz genesis. 49 c. dixit. Congregamini vt annūcie q̄ futura sūt vobis in diebus nouissimis cōgregamini ⁊ audite. Sed bellū illud cōtra sichimitas fuit bellū iustū: quare nō debebat dici. Maledict⁹ furoꝝ eorum. Ergo Jacob ꝓphetice annūciauit mortē xp̄i ꝓcurandā ꝓ pontifices ⁊ phariseos. Et Sibilla de qua mentōem facit Lactanti⁹ li. 4. ita locuta ē. Jnierūt consiliū detestandu⁹ vt ꝓuarent eū vita q̄ vt iustificaret eos venerat. Et Salomō ꝓnūciās passionē xp̄i Sap̄. 2. c. ait. Dixerūt impij cogitātes apud se nō recte. Circūueniam⁹ iustū quoniā iutilis ē nobis ⁊ ꝛrius ē opibus nostris ⁊ ip̄opat nobis peccata legis ⁊ diffamat in nos pcta disciplīe nostre. Promittit se sciam dei habere ⁊ filiū dei se nominat: ſ actus ē nobis in traductōem cogitationū nostrarū. Grauis ē nobis ēt ad vidēdum quoniā dissimilis est alijs vita illius ⁊ imutate sūt vie eius. Tanq̄ nugaces idest nulli⁹ veritatis hoies estimati sumus ab illo ⁊ abstinet se a vijs nostris tanq̄ ab imundītijs: ⁊ ꝑfert nouissima iustoꝝ: idest bona a iustis expectata ꝑfert oibus bonis vite ꝑsentis. Et gl'iatur p̄cm se habere deū. Videamus ergo si sermōes illius veri sūt ⁊ tētem⁹ que vētura sūt illi ⁊ sciem⁹ que erūt nouissima illius. Si. n. ē verus filius dei suscipiet illū ⁊ liberabit illū de manibus ꝛrioꝝ. Contumelia ⁊ tozmēto iterrogemus cū vt sciamus reuerentiā eius ⁊ ꝓbemus patientiaz illius. Mozte turpissima cōdemnem⁹ euz. hec ille. Et Esaias. 53. c. tradidit in mortē aiaz suā ⁊ cū sceleratis reputatus ē: ⁊ ipse pcta multoꝝ tulit ⁊ ꝓ transgressionibus rogauit. Et Daniel. 9. c. Post hebdomadas sexagitaduas occidet xp̄s: ⁊ q̄ nō erit eius pl'us qui eū negaturus ē. s. iudei coꝝ pilato ip̄m negabūt dicentes. Nō habem⁹ regem nisi cesarē. Et ciuitatē ⁊ sanctuariū. i. templū dissipabit pl'us. s. exercitus romanus cū duce venturo. i. tito. Et finis eius. s. hir'm vastitas qz. s. fuit vastata p romanos. Et cayphas cū eēt pontifex anni illius ita ꝓphetauit ō xp̄o vt scribit Joānis. xi. c. Expedit vobis vt vnus moziatur hō ꝓ populo ⁊ nō tota gens pereat. Et ip̄e dns iesus sepe discipulis p̄dixit moriturū. Vnde scribit Mathei 16. c. Cepit iesus ostendere discipulis suis qz oz eū ire hierosolymā ⁊ multa pati a senioribus ⁊ scribis ⁊ principibus sacerdotū ⁊ occidi ⁊ tertia die resurgere. Et Mathei. 17. c. post trāsfigurationē dixit illis tribus quos dimiserat adiaz stupendū spectaculū. Nemini dixeritis visionem donec filius hois a mortuis resurgat. ⁊ Mathei. 9. c. Dum iret hierosolymam dixit secreto duodeci discipulis. Ecce ascendimus hierosolymā ⁊ filius hois tradet̄ ꝓncipibus sacerdotū ⁊ scribis ⁊ condemnabūt eū morte. Secundo ꝓbandū est q̄ xp̄s vere fuit mortu⁹ per autenticā testificatōnem. Cantat gp̄e sic de xp̄o mater eccl'ia. Ipse ēt verus ē agnus q̄ absti. pcta mūdi q̄ morte nostrā moriendo destruxit ⁊ vitā resurgendo repauit. Et in vtroꝝ symbolo apl'oꝝ. s. patrē xp̄m passum ⁊ mortuū confitetur. Idē habetur in symbolo. Athanasij. Ē de sū. tri. ⁊ fide ca. c. 1. Et Joānes in euangelio. c. 19. ait. Ad iesum aūt cū venissent vt viderūt iā mortuū nō fregerūt eius crura. ⁊ Paulus ad romanos. 5. c. Pro impijs mortuus ē iustus ꝓ iniustis. Et itez ibi. Cuz adhuc pctōres eēmus christus ꝓ nobis mortu⁹ ē. Et eodē. c. Reconciliati sum⁹ deo p mortē filij ei⁹. Et. 8. c. Christus mortu⁹ est ⁊ resurrexit qui ē ad dexterā dei. Et. 14. c. Christus mortu⁹ est ⁊ resurrexit vt ⁊ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dominetur Et ꝑime ad corinthios. 15. c. Christus mortuus ē pro peccatis nostris ꝛm scripturas. Et secūde ad corinthios. 5. c. Pro omnibus mortuus ē xp̄s. Et p̄me ad thessalonicēses. 4. c. Credim⁹ q̄ iesus mortuus est ⁊ resurrexit. Et petrus ꝑma canonica. 3. c. Christus semel pro pctis nostris mortuus ē iust⁹ ꝓ iniustis. ⁊ Ambrosius super epl'am ad romanos. Tantū fuit pctū nostrum vt saluari non posset⁹ nisi vn

genitus

genitus dei filius moreret pro nobis debitori/
bus mortis. Et Aug. li. 4. de trinitate. Vna
mors nostri saluatoris duab⁹ mortib⁹ nostris t
anime t corporis saluti fui. Et de con. dis. 2. c.

Semp xpi mors per seculi vitā
posteris ē nūcianda vt discāt qua charitate dile
xit suos q ꝑ eis mori dignat⁹ ē: qz ad hoc prior
dilexit nos cū eē⁹ gehenne filij vt eū diligere
mus a morte iam liberati. Tertio ꝓbandū ē
q xp̄s fuit ve mortuus ex iudaica, peuratiōe.
Judei nēpe impij solicitissime, peurarūt vt xp̄s
moreret. Nā vt dī Joānis. xi. Cogitauerunt
vt interficerēt eū. Et Math. 26. Cōgregati sūt
ꝑncipes sacerdotū t seniores populi in atrium
ꝑncipis sacerdotū qui dicebat cayphas: t cōsi
liū fecerūt vt iesū dolo tenerēt t occiderent. Et
cora pilato clamabant. Nos legē habem⁹ et ꝟz
legē dz mori. Et tandē cū vidissent eū in cruce
mortuū t postea sepultū adierūt pilatū dicentes
Dñe recordati sumus qz seductor ille dixit ad/
huc viuens post tres dies resurga. Jube ergo
custodiri sepulchr̄ vsqz in diē tertiū ne forte ve
niant discipuli eius t furent eum t dicāt plebi
surrexit a mortuis t erit nouissimus error pe/
ior priore. Ait illis pilatus: habetis custodiam
ite custodite sicut scitis. Illi aūt abeūtes munie/
rūt sepulchr̄ signātes lapidē cum custodibus
Quare nullus ābigere dz xp̄m passum t mor/
tuū pro salute mūdi. Et vt ingt Tho. 3. par. q.
50. cōueniēs fuit xp̄m mori. Primo qdem ad
satisfaciendū pro humano genere qó erat mor
ti adindicatū. Scō vt nos a timore mortis li/
beraret. Tertio vt a mortuis resurgēdo vtu/
tem suam ostenderet q̄ morte superauit: t nobis
spem resurgendi ꝓberet. Quis igit non videt
q̄nta sit bonum ad xp̄m obligatio cū ipe q via ve
tas est t vita pro ipsis mori dignatus sit. Nec
solū morte talit sed ad illam vt in seqnti myste/
rio patebit tantus cruciatib⁹ doloribusqz puerit

Quod mors xp̄i fuit penosa valde ex eo q
passio eius fuit diuturna t generalis t ignomi
niosa. Cap. .2.

Hic incipe

Eēnduz mysteriū contēplandū ō mor
s te xp̄i dī penalitatis. Fuit qppe mors
illa penosa t dolorosa valde maxime ꝑ
pter tria.

Primo, ppter passionis diuturnitatez.
Scō, ppter passionis gnālitatem.
Tertio, ppter passiōis qualitatē.

Primo fuit mors xp̄i grauis t dolorosa pro
pter passionis diuturnitatē. Nā ꝟz oibus dieb⁹
penalē duxerit vitā: pegrinādo: orādo: ieiunā
do: ꝓdicādo: t futurā passionē pie ꝑmeditādo
ob quod vt ingt Lentul⁹ iudee ꝑses in epla ad
tiberiū: nūqz ridere visus ē flere aūt sic. Tamē
qs explicet qnāta xp̄s passus fuerit quātoqz me
rore aia eius cōfecta quādo colledā illā carāqz
genitricē relinq̄ns discessit bethāia, ꝑsecutusqz
ē hirlm vt cenaret ibi cū discipulis suis. Que t
q̄sta in illa cena pacta sūt: vtiqz non sine labore
ibi xp̄s, ꝓditorē caute admonuit vt se corrigerz
Jbi discipl⁹ pedes t ꝓditoris iude hūlr lauit
Jbi sacrm sui corporis t sanguis in memoriā
sue mortis istituit. Jbi sermonē ad discipulos
habuit quē Jo. scripsit. c. 13. 14. 15. t. 16. Ps⁹
cenā vo nō ad descendū sed ad orādū se cōtu/
lit. Et ꝓfusqz orasset assumptis petro iacobo et
ioāne cū suspirijs t vultu mesto aiam suā tristē
vsqz ad mortē dixit. Postea vo cū ter orasset
ad patrē longo spacio in tertia oratōe factus in
agonia sudorē emisit sanguinē. excitatis ex post
discipulis turbe militū t ministris iudeoz oc/
currit a ꝙbus vbera t percussiones passus tā
dem t vict⁹ duct⁹ ē ad domū anne vbi i faciez
alapa pcussus ē. Jnde venit vt latro detentus
ad domū cayphe: vbi exaiatur iudicaturqz re⁹
mortis t postea ministris vilissimis tradit⁹ de
risus ē ab eis: t colaphis cesus ꝓtumelijs affe
ci⁹ vsqz mane. Nec dormiuit nec geuit nocte il
la tūi iqeta atqz molesta. Hora vo ꝓma duct⁹
ē ad pilatū. Accusaf a ꝑncipib⁹ sacerdotū eraia
tur a pilato: mittū ad herodē q eū ad pilatū re/
dire fecit: flagellatur ad colūnaz t spinea corōa
coronat⁹ est. Et tandē snia i eum data ad mōtē
caluarie cū latronib⁹ ꝑpare cōpellit: vbi cruci/
fix⁹ ē t felle t aceto potatus. Post q̄ oia hora
nona tradidit spm̄. Scō mors xp̄i fuit dolo
rosa nimis, ppter passiōis gnālitatē. Verificatū
qppe fuit i eo illō Esaie. 1. cr A plāta pedis vs/
qz ad vticē nō ē i eo sanitas. Caput. n. ei⁹ scissi
mū gazophilatiū sapiētie dei. t vt ingt Bernar
dus: angelicis spirit⁹ tremebūdum densitate
spinaz pūctū t pforatū fuit. O culi pissimi fue
rūt afflicti inūdātia lachrymaz. Facies ei⁹ de/
cora deturpata ē sputis t sanguine ita vt vide/
ret leprosus: sm illud Esaie. 53. c. Nos vidi/
mus eū quasi leprosū. Bene ei⁹ cādide ac rubi
cūde alapis pcusse sūt. Aures ille scissime rple
te sūt blassemijs clamoribus odiosis t ꝓtelijs at
qz ꝙuicijs. Manes ei⁹ fatigate sūt fetoribus spu/
torum t cadauerum caluarie loci. Capilli eius
capitis t barbe violenta tracti et euulsi sunt.

Os eius quod tam sanam tam sapidissimam tam vtilissimaz ⁊ verissimaz doctrinaz ꝓtulerat percussū est. Collum eius suauissimū colaphis attrituz est ⁊ sune tractum. Manus eius que suo tactu viuifico sanabant infirmos clauis durissimis cruci affixe sūt. Pedes eius quorū terra scabellū est quiqz discurrentes per ciuitates villas ⁊ castra tm̄ laborauerūt pro hominū salute in cruce extensi sunt. Totum corp⁹ illud dulcissimū flagellis multis ⁊ diris cesum dilaceratum ⁊ sanguine cruentatuz fuit: lingua ei⁹ aceto ⁊ felle amaricata est. vnde ⁊ eo mortuo latus eius lancea aptum ē. Itaqz passus est in oibus membris ⁊ in oibus sensibus delicati sui corporis. Tertio fuit passio xp̄i dolorosa ꝓpter passionis qualitatē. Passus qdem ē ignominiose. primo rōe populi. s. iudaici cui tot miranda cōtulerat beneficia. Vnde eccl̄ia cātat lamentando ita die in ꝑsona xp̄i illud Michee. 6 c. Popule meus qd feci tibi aut i quo melest⁹ fui: rñde mihi. Quasi dicat: patres tuos iacob cum filijs in egypto per ioseph enutriui famis tpe ne perires. Et post tpa multiplicatos supra numeꝝ de dura seruitute egyptioꝝ te eduxi A flagellis qbus egyptum totaz percussi te libeꝝ feci. Mare rubruz tibi aperui vt per eum ficco vestigio transires. Pharaonem aūt cū exercitu suo submersi. Per quadraginta ānis te paui māna de celo prestito. Aquā tibi d̄ petra eduxi. Insurgentes ꝯtra te hostes prostraui. Terram fluentem lac ⁊ mel patribus tuis a me promissaz exterminatis inde triginta regib⁹ ⁊ plurimi nationibus tibi largitus sum. Et prius in montē synai legem seruandam tibi tradidi. A captiuitate septuaginta annoꝝ ꝓpter scelera tua in babylone te liberans ad ꝓpria sub hesdra ⁊ neemia ⁊ zorobabel reduxi. Ecce qd feci tibi. Rñde ergo mihi si tanta beneficia a me tibi collata hanc talē retributōez meruerint vt me crucifigeres. Ego ex genere tuo carnem sumens descendi de celo vt tibi frater essem. Ego semp docui in synagoga ⁊ in templo ea que te saluuz facere possent. Ego cecos tuos illuminaui: leprosos mūdaui. Claudos erexi: obsessos a demonibus liberaui: surdus auditū restitui: mutis loquelā: īfirmis varijs sanitatem: mortuis vitā. Nunqd in hijs molestus fui. Precepta declaraui: erroras confutaui: vitia reprehendi Quid vltra facere potui ⁊ non feci. Secundo passus ē xp̄s ignominiose rōne temporis ⁊ Erat. n. tūc solēnitas pasche seu azimoruz que erat precipua super omnes alias. In qua tenebantur ex lege iudei venire de qbuscūqz ciuitatibus ⁊ locis in hirl̄m ad templū ad sacrificiuz offerendū nisi legitimū haberent impedimētū. Et qꝛ per varias captiuitates eorum erant satis dispersi ꝑ orbem ⁊ in italia ⁊ in asia ⁊ i africa: vt pz actuum. 2. c. de omni natione conuenerant in hierusalem ad illud festum. Quanto aūt quis cōdemnatur ad mortē ꝓpter maleficium concurrente multitudine populi tanto maior ei isurgit pena confusionis ⁊ erubescentie. Considerat. n. q̄ quilibet videns narrat alijs ⁊ si peregrinus ē reuersus in patriam suam refert ⁊ diuulgat ciuitati sue de illo malefactore ⁊ ignominiosa punitōe ⁊ sic vbiqz īfamia diuulgatur. Propterea īscriptus fuit titulus sup crucem. Jesus nazarenus rex iudeoruz. Litteris grecis hebraicis ⁊ latinis. Quasi dicat hec est cā passionis huius qꝛ vsurpauit sibi regnuz iudeoꝝ faciendo se regez ⁊ ꝓhibendo tributa dari cesari. Tertio passus ē xp̄us ignominiose rōne loci: qꝛ crucifixus ē in loco vilissimo. s. in monte caluarie qui sic noiatus est qꝛ ibi erāt ossa mortuoꝝ ⁊ caluarie ⁊ alia cadauera ⁊ ibi occidebant̄ vilissimi hoīes ⁊ malefactores. Et vt dicit Nico. de lira. Non est noiatus locus ille caluarie a caluaria A de ibi sepulti vt dicūt quidam: qꝛ adam fuit sepult⁹ in hebron: vt habet̄ Josue. 13. c. propter quod hebron dicebat̄ antiqtus caria thambrer. i. ciuitas quatuor: quia quatuor magni patriarche fuerūt ibi sepulti cū vxorib⁹. Adaz ⁊ eua. Abraham ⁊ sara. Jsaac ⁊ rebeca. Jacob ⁊ lia. Quarto xp̄s passus ē ignominiose rōne consortij: qꝛ cum latronibus ⁊ sceleratis. Quinto passus est ignominiose rōne supplicij: qꝛ crux suppliciū erat latronū: vt Chrisostomus dicit.

Quod oēs creature īducunt animos hoīuz ad flenduz pro morte xp̄i necnon ⁊ pie mulieres atqz ipse iesus crucifixus.

Cap̄. .3.

Tertiū mysteriū contēplandū de morte xp̄i dr̄ pietatis. Multa eqdē sūt hodie q̄ hūana corda ⁊ corporeos oculos ad pietatē ⁊ fletū īducūt. Jd facit scā mater eccl̄ia ī officijs diuinis: i cerimonijs: i aliariū nudatōe tabulaꝝ ꝑcussione: ⁊ sil̄ibus. Sed p̄ter hoc tria sunt que emolire debent mentes quascunque duras.

Primū ē insensibiliū creaturaꝝ cōmotio.

Sed̄m mulierū lamentatio.

Tertium

Tertiū xpi iesu dulcis inuitatio.

¶Primū est insensibilū creaturarū cōmotio. O bscuritas quidē solis ⁊ defectio supnaturalis quasi quidā fletus fuit: qz in cruce obscuratus est sol iusticie: sic ⁊ terremotus ille de quo dicit Math. q̄ terra mota est. Idē ⁊ petrarum scissio q̄ p se scisse sunt: de qb⁹ omnib⁹ dixit i sermone de passione in quadragesimali de penitē tia: Secūdū qđ emollire pōt mētes duras ad fletū ꝑ morte xpi est mulierū lamētatio. ℣ leuerunt qppe hodie mulieres. Nā vt dicit Lucas Sequebat illū multa turba populi ⁊ mulierū q̄ plangebāt ⁊ lamentabant eū. Et vt scribit Joānis. 19. c. Stabat iuxta crucē iesu mater eius et sozor matris ei⁹ maria cleophe ⁊ maria magdalene. Math. aūt ait. Erāt aūt mulieres multe a lōge. ſ. p̄ulsq̄ ỹgo mr̄ ⁊ q̄ p̄dicte sunt appzopi quassent iuxta crucē q̄ secute erant iesum a galilea ministrātes ei. Inter quas erat maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ Joseph mater. Et mater filiozuz zebedei. O quis posset fine lachzymis harū mulierū audire lamenta. Dum forte vna dicebat. O iesu sanctissime fons oīs boni tatis: tanq̄ reus cum sceleratis es crucifixus. Alia subdebat. O speciose forma p̄e filijs hominuz ⁊ vbi est pulchzitudo tua: vbi eligantia vultus tui. ℣ actus iam es deformis tāq̄ lepzosus. Altera clamabat suspirādo ⁊ eiulando. O care mi nepos filij sozoris mee p̄dilectissime q filios meos iacobū ⁊ Joānē vnice dilexisti cui⁹ verba in aurib⁹ meis dulciora semp fuerūt super mel ⁊ fauū: heu me cur ad hoc deueni vt te vidē vulneriб⁹ liuidū morientez in cruce. At et discipula illa cara magdalena qđ referebat: quid referendo clamabat. ¶Die cōtemplari possum⁹ q̄ iesum inspiciens man⁹ cōstringebat inde pectora cōtundebat. Heu inquiens perdo magistruz meū dūm meū q̄ mihi peccata remisit: q̄ a phariseo me defendit q̄ me ad pedes ei⁹ sedētez taz benigne docebat. O me miserā. O me dolentē nimiū. O magister benigne. Tu inocēs Tu scūs. Tu ipollutus. Tu segregat⁹ ab omni sozde sine culpa pendēs in cruce. Virgo aūt mater vulta squalida: sparso crine voce qua poterat flendo dicebat. Heu q̄ amara ⁊ flebilis es dies ista mihi misere: video filiū meū vnicū inter latrones pendentē. O fili mi sancte. O fili mi lumē oculoz meoz. O fili mi spes vnica vite mee. Et vbi sunt gaudia q̄ tot annis suscepit coz meū. vbi angelus Gabziel q̄ me salutauit: vbi pastozes qui te natū mox in p̄sepio venerunt festinātes visuri: vbi magi cū muneribus ducatu stelle ad nos pducti: vbi vox tua illa q̄ trigintatrib⁹ annis vsq̄ nūc attrib⁹ meis insonuit duz matrē reuerenter me nominabas: vbi dulcia colloquia tua: vbi miracula tua: vbi pulchzitudo tua: vbi splendida fama tua: vbi familiares tui. O mnes te reliquerūt. Ego hijs paucis cōmitata mulierib⁹ ⁊ Joāne nō te deseruī fili mi. O amātissime iuuenis. O cozde cozde meo. Quid faciam: quo me vertā: video te morientē quē nouē menſib⁹ vtero meo sine labore portaui: quē peperi sine dolore: quē ablactaui vbere de celo pleno. ¶Plangite mecū angeli modo vestro ⁊ oēs beati spiritus. ¶Plāgite celi ⁊ cuncta celestia cozpora. ¶Plāgite elemēta ⁊ omnia q̄ fecit de⁹: plangite petre dure: plāgite iuuenes plāngite senes. ¶Plāgite viri pariter ⁊ mulieres: plāgite o matres mecū ⁊ non filiatis me solā plangere. O fili mi iesu hodie ꝑ salute mūdi in cruce mori dignatus es. Hijs aut similib⁹ querelationib⁹ deflebat ỹgo filiuz.

Tertiū qđ emollire pōt mētes duras ad flētū ꝑ morte xpi dicit ipsi⁹ iesu ducis inuitatio vt eniz deuotus aut. Bernardus. Clamat de cruce xp̄s dicēs. Vide hō q̄ ꝑ te patior: ad te clamo qa ꝑ te morior: vide penas qb⁹ afficior: vide clauos qb⁹ cōfodior. Nō est dolor sicut quo crucior. Cū sit tātus dolor exterior intus tū dolor est grauior tā ingratū dū te experior. Vide o aia qz nō ꝓpter mea, ſz tua pcā patior: ita vt dicere possim. O quātus est dolor capitis mei puncti ⁊ pforati spinaz aculeis: o quātus ē dolor faciei mei: o quātus dolor colli mei: o quāt⁹ dolor oculoz meoz: o quātus dolor pforatarū manuū meaz: o quātus dolor brachioz meoz o quātus dolor tot⁹ cozporis mei i quo nō ē sanitas: o quāt⁹ dolor ozis mei felle ⁊ aceto amaricati: o quātus dolor cozdis mei pp voces ⁊ lamenta matris mee. O vos oēs q̄ trāsitis p viaz attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor me⁹: verūtamē: o dura mens: o ferreū pectus vrgentiore dolore angustior dū te boiem taz ingratū reperior fleui ego ꝑ te vagiens in cuna: fleui ego ꝑ te sepi⁹ in oꝛone: flem ego ꝑ te totiēſ a p̄ima hora noctis vsq̄ nūc i hozā nonā: fleui dū fui captus: fleui duz fuī alapa pcussus: fleui dū fui cesus ⁊ derisus: fleui dū fui flagellat⁹ ad colūnā: fleui dū fui crucifixus: fleui ꝓpter dolorez: fleui p̄ peccata tua. Et tu non vis flere. ¶Plange aia: plāge o hō me tuū dūm: me cuū benefactorē: me tuū redēptorē: me qui te tantū

dileri vt & mori nō recusaueriz. Si pie si cū sleue ris facia te participē gr'e mee: & tandē ad vitam sempiternā te reducā. Amen.

Sabbato sancto. De conscientia.

Sermo. .49.

Lcepto corpore iuo luit illud i sy
a done munda. Scribuntur h
ba Math. 26. c. Diligit sum
mope re dns iesus christus mū
ditiaz & nitorez cōscientie nostre qđ mystice de signat in sepultura eius quādo suum pciosum corpus munda syndone inuolutū recōdi voluit in monumēto nouo. Et lz vnusqsqz conari debeat omni tempore sue vite nitidā & purā retine re conscientiā. Id nihilominus pmaxime reg ritur dū corpus xpi sumendū est in sacramento altaris. Tunc ꝓbet seipsum hō & sic de pane il lo edat & de calice bibat. Quia vo plerizq con scientiā psumptuosam habētes cū peccato mor tali cōmunicare nō erubescunt. Alij vo cōsciē tia scrupulosa verati facientes qđ in se est. Illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor & sic cō municare omittunt. Iccirco in presenti sermone de conscientia dicemus. De qua tria mysteria ꝓponimus declaranda.

Primū dicit ligationis.

Secūdū cognitionis.

Tertiū remediationis.

Qualiter cōsciencia obligat ad faciendū vel nō faciendū: & de septē causis erroris ꝓscientie.

Capitulum. .I.

Rimū mysteriū declarandū de cōsciē
p tia dicit ligationis. In quo videre de
bemus. Ad qđ cōscientia liget vtrū vi delicet liget ad omne qđ dictat. Et ad hoc intel ligendū notanda sunt tria. Primū notandū fm Tho. in secūdo sententiaz: qꝺ cōscientia ha bet ortū ex naturali iudicio rationis qđ dicit lex intellectus & ab eo est deducta & deriuata vt q dam cōclusio: verbi gratia fit in anima vel i mē te hominis quasi quidā sillogismus. Cuius ma iorez premittit sinderesis dicens. Omne malū esse vitandū. Minorē huius sillogismi assumit ratio superior dicens adulteriū esse malū qz ꝓ hibitū est a deo. Ratio vero inferior dicit adul teriū esse malū: qz vel est iniustū vel qz est inho nestuz. Cōscientia vo infert conclusionē dicēs & cōcludens ex supradictis. Ergo adulteriū est vitandū. Propterea dicit cōscientia: quasi cō cludens scientia eo qꝺ ꝓscientia rōne supradicto ruz. s. sinderesis rōnis superioris & rationis in ferioris conclusionē infert. Vnde Hugo li. 2. de anima ait. Cōscientia est cordis scientia. vñ dicitur cōscientia quasi cū alio scientia. Secū dum notandū qꝺ tripler est actus conscientie. Primus est testificari in preterito inquantū cō scientia prohibet testimonū ficut illud in quo ē scriptū aliquid illud testificat siue bonum sit vel malū. vnde Apostolus ad romanos. 2. c. Te stimoniuz reddente illis cōscientia eorum. Et Augu. xi. q. 3. c. Custodi. Quando dns iudex erit alius testis qz cōscientia tua nō erit inter iu stuz iudicez & cōscientiā tuā noli timere nisi cāz tuā. Secundus actus cōscientie est accusare et excusare: reprehēdere & remordere de malo cō misso & bono omisso. vnde Augu. xi. q. 3. In cunctis. Quē cōscientia defendit liber est inter accusationes. Et liber sine accusatione esse nō potest si sola cōscientia intus accusat. Iste actꝰ pōt dici examinatio inquantū cōscientia exami nat que iaz facta sunt an sint recta vel nō recta. An benefacta vel in malefacta. Et quādo p exa minationē inuenit id qđ factuz est de corde re a conscientia a qua examinat dicit conscientia re mordere vel accusare. Quādo inuenit id quod factū est processisse fm formā cōscientie dicit cō scientia defendere & excusare. Tertius actus cō scientie est ligare vel soluere. Mā cōscientia obli gat ad peccatū qz omne qđ fit cōtra conscientiaz etiā si fit bonū peccatū est. Vnde Apostolꝰ ad Romanos. 14. c. Omne qđ nō est ex fide pec catū est. Sup quo vbo Ambro. in Glo. Omne qđ fit etiā si in se & de se sit bonū & tū non fit ex fide. i. cōtra cōscientiā vt. s. credamꝰ esse ma luz: peccatū est. Et. 28. q. 1. c. Omnes. § sequē ti dicit. Omne qđ cōtra conscientiā est edificat ad gehēnā. vbi dicit Glo. cōtra cōscientiā. s. p cepti vel ꝓhibitionis hoc est ꝓprie facere cōtra cōscientiā. i. facere cōtra illud qđ cōscientia dictat esse in ꝓcepto vel ꝓhibitione. Tertiū notādū fm Boñ. di. 39. secūdi. Qđ cōscientia aliquādo dictat aliqd qđ est fm legē dei. Aliquādo aliqd qđ est ꝑter legē dei. Aliquādo aliqd qđ est ꝓtra legē dei. Et loquimur hic de dictamine p mo duz ꝓceptionis vel ꝓhibitionis nōp modū cō silij siue pſuasionis. In primis qdē cōscientia simpliciter ligat & vniuersaliter pro eo qꝺ ad illa hō ligatus est p legē diuinā & cōscientia q̄ illi cōcordat ligatū ostendit. In secū dis vo ꝓscie

tia ligat

tia ligat ꝯdiu manet. vñ vel tenet hō cōsciētiaz deponere: vel tenet id qō dictat cōscientia adimplere: vtpote si dictat necessariū est ad salutez festucaz de terra leuare. In tertijs vo cōsciētia nō ligat ad faciendū vel nō faciendū sed ligat ad se deponendū pro eo q cū talis cōscientia sit erronea erroꝛe repugnāte legi diuine necessario ꝯdiu manet ponit hominē extra statū salutis: ꝛ ideo necesse est ipsam deponere. Quia siue homo faciat qō dictat siue eius oppositū mortaliter peccat. Si.n. homo faciat qō ꝓscientia dictat ꝛ illud est cōtra legez dei ꝛ facere contra legem dei sit mortale peccatuz absq; dubio mortaliter peccat. Si vero faciat oppositum eius qō cōsciētia dictat ipsa manente adhuc peccat mortaliter non ratione operis quod facit: sed qꝛ malomodo facit. Facit enim in cōtemptū dei dum credit dictante sibi cōscientia hoc deo displicere ꝯquis deo placeat. Mā non tantuz attendit deꝰ qd homo faciat: sed quo animo faciat. Et iste q facit quod deus iubet credens facere contra dei voluntatez non facit bono animo sed malo et ideo peccat mortaliter. Et sic patet q omnis cōscientia aut ligat ad faciēdū quod dictat: aut ligat ad se deponendū. Nō tamen omnis conscientia ligat ad faciendum quod dictat sicut illa que dictat nō esse faciendum illud ad quod homo alias tenetur: sed talis cōsciētia dicitur erronea. Sciēdum tamen q cōscientia erat duobus modis. s. ex falsa assumptione ꝛ ex falsa applicatione. Et primo ex falsa assumptione: puta quādo aliquis assumit aliquod malum tanq; bonum vel falsum tanq; verum. Sicut his qui occidebant apostolos dictabat cōscientia q ex hoc placerent deo. vnde Joānis. 16. dicit Christus: venit hora in qua omnis q interficit vos arbitretur obsequiuz se prestare deo. Secūdo errat cōsciētia ex falsa applicatione. Sicut cū ex aliquibus veris aliqua cōscientia erronea formatur: Vbi gratia vt ex hoc q deus est sup omnia diligendus aliquis formet sibi hanc conscientiaz: scilicet q nihil pōt simul diligit cuz eo. Et sic est erronea cōscientia: circa obligationē votoruz. Mā per hō q dicitur vouete ꝛ reddite dño deo vestro. aliqui erroneaz sibi formant conscientiā tenētes vota esse indispensabilia. Et cum multa vota que de facto non tenent aut quia stulta ꝛ irrationabilia. Aut quia ad implenduz impossibilia dicunt esse de necessitate seruanda. Similiter habent conscientiaz erroneā illi qui infirmi aut satis debiles volunt ieiunare diebus illis quibus ecclesia aut aliqua regula precipit ieiunia ꝛ similia. Et vt inquit Tho. in questionibus de veritate. q. 17. Quedam conclusiones sunt in quibus ita relucent prima principia operandorum q circa ea cōscientia errare nō potest. Sicut deum nō esse diligendum: malum scienter esse faciendum ꝛ huiusmodi. Et quedaz alia sunt circa que errare potest ꝛ errat: vt ex dictis patet.

Exemplum etiaz potest poni de eo qui facit id quod habet speciem mali licet nō sit malum existimans sibi sufficere intentionez bonam quā habet nō curans de scandalo proximi. Sicut faciebant quidaz in ecclesia primitiua fideles qui comedebant idolatica licet non in veneratiōnē idoli tamē coram simplicibus qui inde scandalizabantur illos imitantes: sed in venerationez idoli quod estimabant alios facere. Quos reprehendit Apostolus ad Romanos. 14. cap.

Ad clariorez adhuc intelligentiam nota sm Tho. in secundo sententiaruz dist. 39. Quod conscientia nō obligat in virtute propria: sed in virtute precepti diuini. Quod patet quia non dictat aliquid esse faciendum vel nō faciendum hac ratione quia sibi videtur vel non videtur: sed sub hac ratione quia est a deo preceptuz vel prohibituz. Nullus autez ligatur per preceptū aliquod nisi mediante scientia illius pcepti. Et ideo ille qui nō est capax noticie precepti non ligatur precepto. Nec aliquis ignorans preceptum det ligatur ad preceptuz faciendum: nisi quatenus tenetur scire preceptū. Si autez non tenetur scire nec scit nullomodo ex pcepto ligat. Tenetur autez quilibet habens vsum rationis scire precepta dei. Nec excusatur nō faciendo illud ex ignorantia. Admaiorem euidentiaz predictoruz: sciendū q erroꝛ conscientie causat ex septem causis. Prima est ignorantia. Secunda negligentia. Tertia inordinata affectio. Quarta pusillanimitas. Quinta supbia. Sexta perplexitas. Septima humilitas. Primo causatur erroꝛ cōscientie ex ignorantia. s. cū ratio apprehendit malum sub ratione boni vt est predictuz: ꝛ bonuz sub ratione mali. Et si ignorantia illa sit iuris naturalis aut diuini nullum excusat habentez vsum rationis. Secundo erroꝛ conscientie causatur ex negligentia cuz qs est negligens addiscere cum potest ea que pertinent ad reformationez anime. Vnde Augu. 37. di. c. finali dicit illis omnino ignosci nō poterit qui habētes a quo discerēt operā nō dederunt. Tertio causat erroꝛ cōscientie ex inordina

ta affectione. cum. n. quis inordinate ⁊ satis ardenter afficitur ad huius seculi bona ⁊ satisfacere cupit passionibus sensualitatis p̄cipitat conscientiam ⁊ sic falso ⁊ cū errore iudicat pctā nō eē pctā: aut non satis grauia. Sicut faciūt vsurarij superbe ⁊ pompatice mulieres: adulteri ⁊ reliq similes. Pro quibus Seneca in ꝓuerbijs att. Perijt oē iud ciū cum res transit in affectum. Conscientia qppe nimis diligentiū tpalia ista ē nimis larga. Quarto error conscie causatur ex cordis pusillanimitate: qua quis timet non timenda ꝑm rectuz iudiciū rōnis ⁊ talis consciētia est nimis stricta ⁊ ꝑiculosa. Nam facit ď festuca trabē: idest de leui pctō graue generat desperatōem: damnat saluanduz. Quinto causat̄ error conscientie ex supbia. s. quando quis nō humiliat itellectū suū vt velit melioribꝰ: prudētioribus ex supioribus credere. Nam cōsciam in idifferentibus tenetur ꝑm discretōem prelati form re. Quāuis. n. in hijs que sunt precepta vel ꝓhibita a deo conscientia recta plus obliget q̄z preceptū supioris eo q̄ obligat Vtute precepti diuini: quod ē maius precepto prelati. vnde ī talibus conscientia recta est iudex imediate sub deo. In idifferentibus tamen p̄ceptum prelati plus obligat q̄z conscia. Et sic conscientia subditi in huiusmodi nō soluz deum sed ēt prelatum hz supra se. Et iō ꝑm discretōem p̄lati formari dz. Nam subditus non hz iudicare de p̄cepto prelati sed de ipletōe precepti que ad ip̄m spectant. ꝑm Tho. i qōnibus de Vitate. vnde seculares seq debent sniam p̄latorum in hijs q̄ ad cathedram spectant. Juxta illud Math. 23 Quecūqz dixerūt vobis facite ⁊ seruate. Religiosi tenētur seq sniam p̄latorum vel mādatoꝝ eoꝝ in his que nō sūt contra deum vel cōtra regulam aut cōstōnes vel contra originatōes capituli generalis. Cauere tamē debēt p̄lati ne indiscrete p̄cipiant ꝓpter ꝑiculum consciaruz subditoꝝ. Concordat his Alex. iu. 2. sū. Sexto causat̄ error consciēntie ex ꝑplexitate. i. ex quadā dubietate ex qua qcqd fiat seqtur ieuitabilitas vl necessitas peccādi. Puta cū videt qs iter duo opabilia se positū q̄z alteꝝ oz agē ⁊ qđcunqz fecit impossibile est nō peccare. Super quo dicitur ex cōcilio toletano. di. 13. c. 1. Duo mala lz cautissime sint precauenda tamē si periculi necessitas vnū ex hijs ꝑpetrare compulerit id debemus resoluere quod minori nexu noscitur obligare. Sed hec ꝑplexitas quantuz ad rem nihil ē vt dicit glo. sūmaria. Qđ. n. aliqs possit esse perplexus iter duo mala procedere potest ex stulta opinione illius ⁊ erronea cōsciētia vel ex presumptōe alicuius in quo vult manere firmus. Puta iurauit aliquis occider̄ hominē. Format sibi consciam lz erroneam q̄ si non occidit ꝑiurat: si occidit homicida ē. Et sic ē perplexus ex fatua extimatōe. Nam ⁊ nō occidendo periurus nō est. Et ꝑm hanc ꝑplexitatem dr̄ in illo. c. q̄ minus malū eligendum ē. Itē tenetur qlibet cōicare in paschate. Aliquis habens odium nō vult dimittere ⁊ hoc presupposito ē perplexus: qz si cōicat cum odio peccat mortal̄r: ⁊ si non cōicat sil̄r. Sed dimittere pōt ⁊ dz odium ⁊ sic non ē perplexꝰ simpl̄r. Septimo causatur error conscientie ex humilitate ⁊ cordis puritate. vnde Grego. di. 5. c. Ad eiꝰ bonaꝝ mentiū ē ibi culpam cognoscere vbi culpa nō ē. vbi glo. Agnoscere. i. timere. Nō āt dz qs se culpabilem dicere: vbi nō ē ꝑm sui estimatōem qz hoc ꝑtinet ad mēdacium ⁊ ironiaz In p̄mis sex modis error conscientie semp est reprehensibilis ⁊ volūtas seq̄ns consciaz errātem semp mala. Septimo aūt mō ē laudabilis Cuiꝰ rō est qz ad bonitatē mētis pertinet vt hō ad iustitie perfectōem tendat. Et iō in culpā reputatur non solū si deficit a cōi iusticia qđ vere ē culpa sed ēt si deficiat a ꝑfectōe iusticie qđ qñqz culpa non est.

Quod circa cognitōez conscientie ꝓprie septem differentie hoium inueniūtur.

Cap̄. .2.

Secūdum mysterium declarandum de conscientia dicit̄ cognitōis. In quo q̄ritur. An possit qs cognoscere ⁊ scire se habere rectam consciam lumine. s. gratie illustratam. Ad quod rñdet Alex. de ales in. 2. sūme. q̄ septem sunt drie hoium circa huiusmodi attendende. Aliq. n. putant se habere bonaz conscientiā ⁊ grām seu charitatem ⁊ neutꝝ habent. Alij sciunt q̄ illam non habent. Alij dubitant de hoc. Alij opinātur q̄ habeāt gratiam ⁊ bonam conscientiam. Alij experiuntur sz nō habent de hoc scientiam. Alij sciunt hoc tm̄ ꝑ reuelatōem. Septimi hoc sciunt per cām ⁊ certam visionem. Primi ergo sunt ifideles ⁊ heretici imo ēt xp̄iani qdam tepidi: q non lustrātes conscientiam suam ex ignorātia crassa mortalia crimina nō credūt mortalia eē. In tali cecitate fuit aliquādo paulus: vt ipe testat̄. Naz vt scribitur Actuum. 23. c. Captus a romana militia hierosolymis iudeos ad quorum petitiōez

captus

captus fuerat sibi alloquitur. Ego omni con/
scientia bona conuersatus sum ante deum vsq;
in hodiernū diē. Et tamē persecutus fuerat ec
clesiam putans bene facere. Scdi sūt qui sciunt
se non habere bonam conscientiam: vt hij qui
sciūt se esse in mortali pctō actu vel ꝓpositb nō
penitentes. Tertij sunt qui dubitant se habere
bonā consciam qui. s. habent rōnes eque fortes
ad hoc ꝙ sint in gratia putant cū vidēt se esse te
pidos in amando deū non habēdo affectum ad
oratōem: ⁊ ad alia spūalia. Et ex opposito consi
derant nullam voluntatem se habere peccandi
mortalr: sed ꝓpositum abstinēdi: detestari pctā
cōmissa. Quarti opinātur se habere bonā con
scientiam ⁊ se esse in gratia ēt ꝓbabilr: cum for
midine tamen aliqua de opposito Sicut illi qui
vident se feruentes i amore dei ⁊ ꝓximi ⁊ ama
re lugere offensas dei ꝑatos ad sufferendū ad
uersa. sentiūt tamen aliquando rebellionez car
nis ad spm̄ ⁊ fragilitatem. Quinti experiuntur
se habere bonam consciam sicut illi qui sentiūt
dulcedinem diuine bonitatis in oratōne ⁊ gu/
stant q̄ suauis ē dn̄s abhorrentes oēm delec/
tatōem mundi. Sexti sciunt se habere bonā cō
scientiam per reuelatōem dei. Sicut Abrahaz
Cui dixi deus per angelum Genesis. 22. ca.
Nūc cognoui ꝙ timeas deum. s. timore filiali:
qui sine gratia ⁊ conscia bona esse non potest.
Septimi sunt q sciūt per cām rei vel ratiōe rei:
vt hij qui clare viderunt diuinam essentiam in
vita presenti sicut moyses in veteri testamento
⁊ paulus in nouo.

De scrupulo conscie quid sit ⁊ vnde causat:
⁊ de septē regulis qbus pōt deponi. Ca. 3.

Ertium mysterium declarandū de cō/
scientia dicit remediatio. Sunt enim
plerique consciam habentes scrupulosā
omnem leuem actum peccati venialis estiman
tes esse peccatum mortale. Pro quibus tria
sunt notanda. Primum ꝙ scrupulus est vacil
latio quedam consurgens cum formidine ex ali
quibus coniecturis debilibus ⁊ incertis. vnde
videtur esse scrupulus id quod apud alios dici
tur pusillanimitas que est tedio seu timore re/
rum aduersarum inhers ⁊ inconsiderata tracti
animi deiectio. Et sic vtrunq; tam scrupulus
q̄ pusillanimitas importat inordinatum timo
rem. Vnde ipse scrupulus a quibusdam voca
tur erronea conscientia. Ab alijs timor consci
entie. Et ab alijs pusillanimitas. Sciendū au
tem ꝑm Albertum in libro de quatuor coenis.
ꝙ differentia est inter scientiam: fidem: opinio
nem: dubitationem ⁊ scrupulum seu suspitio/
nem. Nam scientia proprie est eorum que co/
gnoscuntur per causam: ⁊ quia impossibile est
aliter se habere. Fides autem est perfecta ꝑsua
sio vnius partis seu conclusionis per multa ꝓ/
babilia vel auctoritatem dicetē. Et hoc etiam
appellatur crudelitas ⁊ conscientia. Opinio au
tem est acceptio vnius partis cuz formidine al
terius. Ita tamen ꝙ ad illam que formidatur
non habetur ratio expressa. formidatur ta/
men propter debilitatem rationis alterius par
tis. Dubitatio vero est indeterminatus motus
rationis super vtranq; partem contradictionis
per equalia media. ita ꝙ non magis pendet ad
vnam partem q̄ ad aliam: ⁊ hec etiam dicitur
ambiguitas. Demum scrupulus ex leuibus cō
iecturis seu medijs ⁊ multum debilibus moue
tur ad vnam partium. Et hic etiam dicitur su/
spitio ⁊ pusillanimitas spiritus que repellenda
est. vt dicitur. 6. q. 1. c. Oues. Nam talis scru
pulus inducit animaz ad quoddam tediuz ⁊ tri
stitiam aggrauantem vt nil boni ei agere libe/
at: ⁊ sic velut tempestas que descendit in egy/
ptum consumpsit omne quod reperit viride sic
tristitia procedens ex scrupulo consumit vigo/
rem ⁊ robur animi. Inducit etiam desperatio
nem. a qua liberari se petebat psalmista dicens
Non me demergat tempestas scilicet despera
tionis. Quantum vero hec scrupulosa consciē
tia noceat patet primi machabeorum. 2. c. vbi
narratur. Quod quidam scrupulosi ex societa/
te machabeorum quia noluerunt se defendere
contra hostes bellantes aduersus eos i die sab
bati timentes ne propter hoc violarent sabba/
tum occisi sunt ab eis. Secundum notan/
dum ꝙ scrupulositas conscientie causatur quā
doq; ex complexione ad timorem idonea est vt
complexio frigida: puta in feminis vetulis et
melancolicis. Timor enim naturaliter ꝯz Da
mascenum cor constringit sicut: ⁊ frigida con/
stringunt ⁊ congelationem faciunt. Ad quem
motum contractionis imaginatio mouetur a ti
moris dispositiōe ita vt concipiat quis aliquod
esse futurum malum ⁊ per consequens fugi/
endum. Quandoq; causatur pusillanimitas ⁊
scrupulus ex egritudine manica vel melancoli/
ca que est infirmitas capitis per quam leditur
imaginatio ⁊ quandoq; ratio. vnde Galien⁹
⁊ Auicēna dicunt ꝙ mania est infectio anteri/
oris cellule capitis cum diminutione imagina

tionis. Melancolia vero est infectio medie cel
lule capitis cum diminutione rationis. Quan
doq; insuper causatur scrupulus ex tentatione
diabolica. Potest enim diabolus deo permit
tente mouere humores melancolicos in homi
ne per quos imagiatio vel errare potest aut tur
bari ad timorem inordinatum. Aliquando ad
huc procedit scrupulus conscientie ꝛ pusillani
mitas ex reginimis corporalis negligentia: sci
licet per nimiam abstinentiaz ꝛ vigilias. vnde
Hieronymus ad nepotianum dicit ꝙ tales i
moderatis ieiunijs vertuntur in melancoliam
ꝛ magis hipocratis fomentis: q̄z nostris indi
gent monitis. Et de con. di. 5. c. Non medio
criter. Idem Hieronymus asserit ꝙ tales in
discrete ieiunantes ꝛ orantes incurrunt notam
melancolie. Multotiens vero causantur scru
puli ex societate timidorum: vnus enim scru
pulosus facit aliū scrupulosū. Tertiū notan
dum ꝙ septem sunt regule quarum adminicu
lo conscientia scrupulosa seu erronea potest de
poni.

Prima regula debita ad gratiam dei prepara
tio.

Secōda solicita scripture sancte indagatio.

Tertia orationis deuota continuatio.

Quarta opinionis alicuius tuta electio.

Quinta obedientie humilis imitatio.

Serta scrupulorum animosa obiectio.

Septima preceptorum discreta epichezatio. i.
interpretatio.

Prima regula ē vt quis se preparet ad gra
tiam dei quantum potest seruādo mandata dei
de peccatis perpetratis dolendo ꝛ confitendo.
Nam quicunq; facit quod in se est deus infalli
bilit er infundit grām ꝛ lumen doni sapientie ꝛ
consilij ꝛ itellectum tribuit: quibus iuuari po
test ad depositōem erronee conscientie vnde ip
se dicit per hieremiaz. c. 3. Conuertimini filij
reuertentes. s. quantū in vobis ē ꝛ ego saluabo
uersiones vestras. Secūda regula ē sacre
scripture indagatio vt. n. ingt psalmista. Decla
ratio sermonū tuorum illuminat: ꝛ intellectum
dat parvulis idest humilibus. Tertia regu
la orationis continuatio. vnde Jacobi. 1. c. di
citur. Siquis vestrum indiget sapientia postu
let a deo ꝛ dabitur sibi affluenter. Et Sapien
tie. 7. c. Invocaui ꝛ venit in me spiritus sapiē
tie. Quarta regula est opinionis alicuius tu
ta electio. Sunt enim aliquando de aliqui
bus materijs moralibus doctores opinionum
contrariarum. Et tunc scrupulosi dubitāt quaz
partem possunt cum bona conscientia eligere.
Quibus dicimus ꝙ cum bona conscientia po
test quis tenere vnam opinionem ꝛ sm eā ope
rari: excluso saltim scandalo que. s. pars vel opi
nio habeat pro se nobiles doctores dūmodo ta
lis opinio non sit contra auctoritatem expressā
sacre scripture. Nec contra determinationē ec
clesie catholice. Et ꝙ etiam ex contrarietate ta
lium opinionum non inducatur ad dubitāduz
sed bonam sibi conscientiam ꝛ credulitatez for
met de eo quod credit tanq̄z de probabiliore p
te: ꝛ precipue quando quis adhibet diligentiaz
inquirendo an liceat. Nec inuenit aliqd quod
eum sufficienter moueat ad hoc ꝙ sit illicitum.
Quod sint doctores varij in multis opinioni
bus pz de resurrectione mortuorum: de quib⁹
dicit Mathe. xxii. 27. c. Multa corpora ꝛc. Mā
aliqui tenent ꝙ surrexerunt ante christum iterū
morituri. Alij ꝙ post christum non iterum mo
rituri. Silr de dispensatione in voto continētie
aliqui tenēt ꝙ in illo dispensari non potest. Ali
qui ꝙ potest. Immo sanctus Tho. in. 4. tenet
vnam opinionem. Et in sūma dicit contrariū.
Quod autem dicit beatus Tho. in quolibeto.
3. q. 4. arti. 2. Quod quando due sunt opinio
nes contrarie de eodem oportet alteram esse ve
ram ꝛ alteram falsam: intelligendum est ō his
vbi manifeste patet ex scriptura vel ecclesie de
terminatione ꝙ sit contra legem dei. Hostien
sis vero dicit super. c. Si vir. Extra de cogna
tione spirituali. Quod vbi sunt diuerse opini
ones ꝛ diuersa iura semper humanior est prefe
renda ꝛ equior. Et ad idem facit quod ait Au
gu. di. 9. c. Sana. Solet autem mouere scru
pulosos ꝛ detinere illud dictū Augustini ō pe.
di. 7. c. Nullus. c. Si quis. Tene certum ꝛ di
mitte incertum. Sed vbi in eadem materia mo
rali sunt contrarie opiniones doctorum illa vi
detur tutior que est rigidior: ꝛ sic potius am
plectenda. Sed ad hoc respondetur ꝙ Augu
stinus loquitur in dicto casu proprie de eo qui
differt penitentiam vsq̄z ad extremum vite: cu
ius saluatio dubia est ꝛ incerta: non qz vera pe
nitentia non possit esse in extremis. Sed quia
incertum est vtrum talis penitens vere penite
at. Quinta regula contra conscientiam scru
pulosam est obedientie humilis imitatio: vt sci
licet scrupulosus captiuet intellectum suum di
ctis sapientum ꝛ obedientie superiorum quan
tūcunq; scrupulosus dictet sibi aliud. vnde p

uerbiorum

uerbiorum.3. Sapiens ait. Me initaris prudē tie tue. Sexta regula ē anxiosa pgnatio scru pulorum. vnde Esaie. 35.c. dicitur. Confor tamini pusillanimes: confortamini ⁊ nolite time re. Ecce. n. deus vester. s. adiuuans ⁊ illustrās Et cancellarius parisiensis in quodam tracta tu de regulis moralibus ait. Consiliuz salubre est frequenter agere contra scrupulos leues et trepidos vitando eos ad aliorum iudicium qua tenus ex consuetudine fiat: homo robustus: so lidus: et tranquilis in exercitio spūali. Sicut ēt si quis vellet ligamentum distortum ad rectitu dinem ducere oporteret q̄ retorqueret ipsum ex parte opposita curuando: ⁊ sic reduci posset ad rectitudinem. Notandum etiam ꝑm eundem Cancellarium in quodam suo tractatu: q̄ aliq doctores tenēt quibus assentit: aliquando non tam meritor esse credere sicut velle credē. nec dolere sensualr de peccatis sicut velle dolere ⁊ non posse. Sunt autem aliqui auctoritates nō bene intellecte ex quibus scrupuli oriuntur. Si cut illa que habetur extra de sponsalibus. In dubijs tutior via est eligenda propter q̄ scru pulosus eligit viam rigidiorem. Sed ad hoc re spondetur q̄ eligere viam tutiorem consilij est non precepti. Alias oporteret multos ingredi religionem in qua tutius viuitur q̄z in seculo. Non ergo de necessitate oz viam tutiorem eli gere: quando etiam alia via potest eligi tuta.

Septima regula pro scrupulorum depositi one est preceptorum discreta epichezatio idest interpretatio vel declaratio. Equitas. n. quā pbs nominat epicheyam preponderat iuris rigori ꝑm iurisperitos. Est āt eqtas iusticia pēsatis oī bus circūstantijs particularibus dulcore misericordie tēpata. Et Sapiēs ait. Noli eē nimis iust⁹ Nā nimis iust⁹ ē q̄ pit iusticia sua. Pertinet autem ad virtutē epicheye considerar nō nudum preceptum de se: sed circūstantias om nes particulariter iph̄z concernentes. vñ Pbs 5. ethicorum dicit. Epicheya interpretatiua le gum ē melior q̄z iusticia legalis. Et ꝑm hanc Ytutem epicheye possumus precepta dei ⁊ eccle sie prelatorum seu iudicum benigne interpre tari. Et ꝑm Joannem de amberto triplex re gula per virtutem epicheye dari potest conscie tie scrupulose. Prima q̄ nec deus nec eccle sia per sua precepta intēdit obligare ad vix pos sibile alicui. Cum enim ꝑm regulam iuris ad i possibile nemo possit obligari: de reg. iur. i. 6. nō solum dr impossibile quod absolute non est possibile: sed etiam videt interpretandū ꝑm Ytutem epichye in lege noua esse impossibile qd vix ē possibile. i. phis nimiā difficultatē. Secda regula ē q̄ nec de⁹ nec eccl̄ia itendit suis pcep tis aliquē obligare ad hoc q̄ sit fatu⁹. i. talia p cepta loco ⁊ tpe nō obligāt qb⁹ eoz obseruātia fieret ridiculosa. Sicut pz ō obseruātia votor stultor q̄ null⁹ obligat ipler lz dicat vouere ꝛc. Tertia regula ē q̄ in hijs q̄ solū sunt mala qz p hibita vt cōiter posita pcepta m'tū excusat ul' in toto vel in tanto ꝓsuetudo si sit pscripta vt di ctū ē in sermone ō ꝓsuetudine. Etiā necessitas absoluit ab obligatōe pceptor positiuor vt ta ctū ē in pcedētibus. Proponat igit vnusqsq; velle saluari ⁊ deo suā volūtatē ꝓmēdet faciatq; bonū qō ferre pōt hūana fragilitas cui auriliuz exhibet deus: doleatq; se pterē ⁊ defectuosuz iuenire ⁊ sic i dño cōfidens confessione ꝑmissa su mat cibū suauissimū eucharistie: p cui⁹ assūptu nē deuotā acgrit salus eterna: ad quā nos pduc at iesus dei fili⁹ bñdict⁹ p oia scla scl'oz. Amē

Dñica resurrectionis. Sermo de ipsa mira bili resurrectōe iesu xp̄i gnquagesim⁹ in ordie.

Arrexit. Scribūtur h Yba Marci s vlt. c. ⁊ i euāgelio hui⁹ iocūdissime solēnitatis. Sūma cū gratulatione audiēda sūt a nobis ⁊ cōmemoran da ea que de resurrectōe iesu xp̄i dñi nr̄i ab euā gelistis predicant. Quid. n. dulcius: qd suaui⁹ qd deniqz delectabilius excogitari pōt q̄z xp̄s a mortuis suscitatus tertia die. In hoc eqdem spes nostra exigitur vt de futura vita ⁊ resurrectione gnāli ventura nullatenꝰ dubitem⁹. Ecce iā dux elector qui morte destructa glorioſus resurgēs exemplū prefulgidum nobis prebet resurrectiōis nostre fiende. Qua de re in pūti sermone de ipsa resurrectōe xp̄i miranda dicere statui. In quo tria mysteria ꝓponimus cō tēplanda.

Primū dicit tpalitatis.
Secm Ytatis. Tertiū qualitatis.

De tpe resurrectōnis xp̄i. s. de die mense ⁊ anno. Cap. .i.

Primū mysterū cōtēplandū de resur p rectōe xp̄i dicitur tpalitatis. In quo cō siderem⁹ tp̄s resurrectōis xp̄i tripl'r.

Primo respectu mēsis.
Secdo respectu diei.
Tertio respectu anni.

Primo consideremus tp̄us resurrectionis

xp̄i respectu mēsis quo. s. mense xp̄s resurrexit Et dicit̄ q̄ de mēse marcij. Vt eniz inq̄t Aug. li. 18. de ci. dei. c. 55. Mortuus est xp̄s octauo kalendas aprilis duobus geminis cōsulib⁹: ⁊ vt patet in calendario in. 8. calendis aprilis est dies. 25. marcij. Et s̄m Aug. eadez die christ⁹ fuit annūciatus ⁊ passus. Ex quo die. 27. marcij surrexit. Hic aūt mensis satis cōuenit resurrectioni xp̄i. Primo q̄r iste est primus mēsis anni de quo dixit dn̄s ad moysen Exodi. 12. c. Mensis iste vobis principiū mensiuz primus erit in mensib⁹ anni. Vn̄ iudei incipiunt annū suū in marcio asserentes mundū fuisse factuz in marcio: qd̄ tenet Rabbi iosue: lz Rabbi heli/feor ⁊ sui sequaces dicant q̄ in mense septēbris quādo fructus sunt maturi qd̄ etiam affirmant arabes ⁊ egyptij qui incipiūt annū in calendis septembris. Sed prima opinio cōmunior est. Sicut ergo in mense marcij fuit mundus pri/mo creatus. Sic hoc mēse xp̄s resurrexit vt oñ deret se esse primogenitū mortuorū q̄r null⁹ añ eū resurrexit semp̄ victurus. In isto etiā mense marcij fuit egypt⁹ expoliata ab hebreis q̄ aspor tauerunt vasa p̄ciosa eis cōmodata s̄m dei p̄ceptuz. Sic ⁊ in xp̄i resurrectione fuit infern⁹ ex/poliatus ⁊ paradisus restauratus. Insup̄ i isto mense fuit celebratū pascha agni: sicut nūc cele/bratur pascha christi. Secūdo cōsiderem⁹ tē pus resurrectionis christi respectu diei. Naz re surrexit dn̄ica die vt ait Joānis Dama. ⁊ idem habet̄ de ꝯse. di. 3. c. Sabbato. ⁊. 75. di. c. Qd̄ die dn̄ico. Ista aūt dies habet septez priuilegia quib⁹ correspondent septē mysteria resurrectio nis christi. Primū q̄r dn̄ica dies est prima die ruz omniū sicut ecclesia cantat ⁊ colligit̄ ex pri/mo Genesis. Sicut ergo illa fuit prima dies ve teris testamenti: ita fuit prima in no testamēto. Secūdū priuilegiū diei dn̄ice q̄r i ipsa fuit crea/ta lux corporalis. Sic in die resurrectiōis xp̄i ꝓ ducta fuit lux spiritualis q̄ est fides illuminans intellectū in mentib⁹ apostoloꝝ. Tertio priuile giū diei dn̄ice q̄r in ipsa fuit creata angelica nā. Sic in die resurrectiōis plurimū letificata ex vi ctoria xp̄i resurgētis. Quartū priuilegiū q̄r i ip sa die fuit creata mā prima s̄z Bedā. Sic i die resurrectiōis mā corporis xp̄i fuit singulariter sublimata p̄ reunionē aie ⁊ gloriosaz ꝯditionez corporis. Quintū priuilegiū illi⁹ diei dn̄ice q̄r i illa fuit creatū tp̄s nature sic in die resurrectōis xp̄i fuit creatū tp̄s gratie. Sextuz priuilegiū q̄a tunc fuit celū empireū de nouo ꝓductū. Ita in die resurrectionis fuit nouiter dedicatū i dispo/sitione ꝓpinqua q̄r ipsum est locus spiritū ⁊ cor poruz glorificatoꝝ. Nunc aūt xp̄i corp⁹ primo fuit glorificatū. Septimū priuilegiū q̄r i illa die deus ostendit magnitudinē sue potentie i creā do: ita nunc in resurgendo: q̄r sicut in morte pa tientiā: ita in resurrectione potentiā declarauit.

Tertio ꝯsiderem⁹ resurrectionē xp̄i respectu anni quo videlicet anno etatis sue resurrexit. Ad qd̄ sciendū q̄ christus quādo fuit baptizat⁹ erat quasi annoꝝ triginta: vt dicit̄ Luce. 3. ca. Et postea triennio docuit. Ita q̄ fuit mortuus ⁊ resuscitatus in etate trigintatriū annoꝝ ⁊ pau loplus: quā etatē dicit Aug. li. 22. de ciui. dei. perfectissimā esse q̄r vsq̄z ad istā etatē nā huma/na proficit ⁊ exinde incipit deficere. In hac au tem etate ⁊ nos resurgem⁹ s̄m illud apostoli ad ephesios. 4. c. Donec occuram⁹ oēs i viꝝ per/fectuz: in mensurā etatis plenitudinis christi.

Qd̄ ex testimonio angeloꝝ ⁊ apostoloruz et alioruz qui viderunt xp̄m post resurrectionem probat̄ q̄ vere surrexit. Cap. .2.

Secundū mysteriuz cōtemplādū de re/surrectione xp̄i dicit̄ Vitatis. Surrexit nāq̄z dominus vere. Que veritas pro batur triplici testimonio. s.

Angelorum.

Apostolorum.

Visionum.

Primo ꝓbat̄ veritas resurrectionis xp̄i te/stimonio angeloꝝ. Qua tuor eniz āgeli in die resurrectionis christū surrexisse testificati sunt. Primus fuit q̄ apparuit extra sepulchruz de q̄ sic dicit Matheus vlti. c. Ecce terremotus fa/ctus est magnus angelus aūt dn̄i descendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidem ⁊ sedebat sup̄ eū. Erat aūt aspectus eius sicut fulgur: vestimē ta autē eius sicut nix. Pre timore autē ei⁹ exter riti sunt custodes ⁊ facti sunt velut mortui. Re spondens autē angelus dixit mulierib⁹. Noli te timere scio eniz q̄ iesum q̄ crucifixus est q̄ri/tis. Nō est hic: surrexit eniz sicut dixit: venite ⁊ videte locū vbi positus erat dn̄s. Et cito eūtes dicite discipulis ei⁹ q̄r surrexit. Ecce p̄cedet vos in galileā. In q̄b⁹ v̄bis describunt̄ q̄tuor isti⁹ angeli ꝯditiōes isignes. pria ē q̄ ipse fuit v̄tuo sus in descensu q̄r terremot⁹ scūs ē magn⁹ duz descēdit. 2ª q̄r fuit gloriosus i suo aspectu eo q̄ erat aspect⁹ ei⁹ sicut fulgur ⁊c. 3ª q̄r fuit terribi/bilis i suo effectu. Nā p̄ timore ei⁹ exterriti sunt custodes. 4ª q̄r fuit delectabilis in suo affatu.

Nā s̄mone

Nam sermone blando dixit mulieribꝰ. Nolite timere vē. Secūdus angelus apparuit eadem hora inter sepulchrū: de quo dicit. Marcus vlti.c. Dō mulieres introeuntes in monumētū viderūt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola cādida ⁊ obstupuerūt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum q̄ritis nazarenū crucifixū Surrexit: nō ē h̄. Tertius ⁊ q̄rtus angelꝰ fuerunt illi duo quos vidit maria magdalena intra monumētū sola: quoꝝ vnꝰ erat ad caput: alius ad pedes sepulchri: vt dicit Joh. 20.c. Qui dixerunt. Mulier qd plozas. Cū ergo isti angeli sozent in gr̄a cōfirmati nō potuerūt peccare venia uter neq̄ moztaliter ⁊ p̄ cōsequens nec potuerunt mēriri. Secūdo, pbat̄ Vitas resurrectionis xp̄i testimonio apostoloꝝ: de qbꝰ dicit Actuū. c. Virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis ihesu xp̄i. Nā ipsa die resurrectiōis apparuit discipulis cōgregatis in vnū absente Thoma: vt dicit Jo. 20. ca. Eadē die apparuit discipulis eūtibꝰ i emaꝰ: vt scribit Luce. 24. c. Apparuit etiā Symoni Octaua Vo die apparuit discipulis p̄sente thoma. ¶Postea apparuit discipulis piscātibꝰ vt dī Joh. vlti.c. Itē apparuit eis in monte thabor Mathei. vlt.c. Tandē in die ascensionis apparuit eis in cenaculo ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duritiā cordis. Marci vlti.c. De n d apparuit eis in monte oliueti ⁊ tūc vidētibus illis ascendit in celū: vt p̄z Luce vlti.c. ⁊ actuuz primo.c. Tertio, pbat̄ veritas resurrectiōis xp̄i testimonio visionuz. Visus nāq̄ fuit xp̄s multipliciter a multis qbꝰ fides adhibēda est. Vidit eū Stephanus stantez a dextris dei: vt scribit Actuū. 6. c. qua visione cōfortatus prolapidantibꝰ exorauit: ⁊ lapides torrentis illi dulces fuerunt atq̄ vt xp̄s suū spiritū acciperet postulauit. Vidit illū Marcus euāgelista postq̄z vulneratus repositus fuit in carceribus. Ibi enim dñs iesus visitauit euz dicens. ¶Pax tibi marce euāgelista meus. Noli timere quia ego tecū sum. Vidit illū paulus q eū in suis discipulis atrociter p̄sequebat̄ quare vt scribit Act. 26. c. cū loquebat̄ cū agrippa dixit: ego qdez existimauerā me aduersus nomē iesu nazareni debere multa cōtraria agere. Quod ⁊ feci hierosolymis ⁊ multos sanctoꝝ ego in carceribꝰ inclusi a principibꝰ sacerdotū ptāte accepta. Et cū occiderentur detuli sententiā. Et p̄ oēs synagogas frequenter puniens eos cōpellebā blasphemare nomē eius. Et amplius insaniens in eos p̄sequebar vsq̄z in exteras ciuitates. Et dū irem damasc̄ cū cū potestate ⁊ p̄missu principiū sacerdotuz die media vidi rex de celo supra splendorez solis circūfulsisse me lumē ⁊ eos q mecum erāt. Omnesq̄z nos cū cecidissemꝰ in terrā audiui vocē dicentē mihi hebraica lingua. Saule saule qd me p̄sequeris. Durū est tibi cōtra stimuluz calcitrare. Ego aūt dixi. Quis es dñe. Dñs aūt dixit. Ego sum iesus nazarenus quē tu p̄sequeris. Sed exurge ⁊ sta sup pedes tuos Ad hoc. n. apparui tibi vt cōstituā te ministruz ⁊ testē eoꝝ q̄ vidisti. Et in Epistola p̄ma ad Coz. c. 15. ait. Tradidi. n. vobis in p̄mis qđ ⁊ accepi: qm̄ xp̄s moztuus est, p peccatis nr̄is ꝟz scripturas ⁊ qz sepultus est ⁊ qz resurrexit tertia die ꝟm scripturas: ⁊ qz visus ē cephe ⁊ post hoc vndecim. Deinde visus est plusq̄z qngēntis fratribꝰ simul ex qbus multi manent vsq̄z adhuc. Quidā aūt dormierunt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis omnibꝰ. Nouissime aūt omniū tāq̄z aborti no visus ē ⁊ mihi. Hie. in. c. Cū marthe. extra de celebratione missarū dicit. ¶Paulus appellat seipsum aborti nū quia sicut fetus aborti nus cū labore ⁊ angustia ad lucem trahit: ita paulus cum attractione venit ad fidē. 23. q. 4. c. displicet. c. Quis vos. Bran de est testimoniū pauli ⁊ in nullo susceptū qppe q postq̄z vidit xp̄m factus est defensoz validissimus ⁊ p̄dicatoz ardentissimꝰ nominis eiꝰ: imo q clamabat. Ego in hierusalē paratus sum alligari ⁊ mori, p nomine eiꝰ ⁊ tandez in vrbe pro xp̄o mori truncatione capitis nō recusauit. Sz reuera singulare ⁊ p̄cellentissimū testimonium xp̄i suscitati fuit diebꝰ nouissimis p̄signatio miraculosa sancti ff̄ rācisci: biēnio qppe signa visibilia ⁊ miraculosa tulit in suo corpe: de qbꝰ plene dixim⁹ in ope de laudibꝰ sanctoꝝ. Quis nā dubitare p̄t de xp̄o: cū videat frācisci stigmatibus illis sacris ita decoratū. Obid scūs Bonauentura in legēda sic sanctū ff̄ rācisci alloq̄tur. Jaz Vo p h̄ signa certissima nō duobꝰ aut tribꝰ testibꝰ ad sufficientiā: sz ex plurimis ad sup abundātiā cōprobata testimonia dei in te ⁊ p te credibilia facta nimis omne infidelibꝰ auferūt excusationis velamē. Et vt idē Bon̄. refert. Descendit angelicus vir ff̄ rācisc⁹ de monte secū ferens crucifixi effigiē nō in tabulis lapideis ⁊ ligneis manu figuratā artificis: sz i carneis mēbris descriptā digito dei viui. Resonat ergo ex omni parte Vitas resurrectiōis xp̄i quā p̄dicauerūt apostoli: defenderūt pp̄ria san

guine martyres: expugnare ꝛ extinguere tenuerunt imperatores ꝛ reges ꝛ nō valuerunt: eo ꝙ ipse est rex regū ꝛ dñs dominantiuꝫ.

Qualiter xp̄s resurrexit cuꝫ quatruplici actu fortitudinis. Cap. .3.

Ertiū mysteriū cōtemplādū de resurrectione xp̄i dicit qualitatis. In quo videndū erit qualiter xp̄s resurrexit. Ad qđ dicim⁹ ꝙ sicut fuit ad modū agni imolatus: ita fuit ad modū leonis resuscitatus. Et ꝫ pp̄ q̄ truplicez fortitudinis actū. Prim⁹ fuit qz fregit claustra inferni. Ad quē accessit non vt ad locū penalē sz ad cōsolationē patrū ibidē existētiuꝫ. Secūdus actus fuit qz subuertit potētiā diaboli: ꝛ amputauit manū ei⁹ attrehētē q̄ attrehebat etiā iustos ad lumbū: vt dicit dñs Boē. i. 3. di. 22. Tertius actus fuit qz inde. i. dei inferno iustos oēs eripuit ꝛ eduxit. Quart⁹ actꝰ qz semet ipsum ꝓpria ꝟtute suscitauit. Intelligēdū tñ ꝙ xp̄i resurrectio fuit q̄lificata q̄truplici dispositione diuina. Prima fuit qz caro ei⁹ sanctissima nō vidit corruptionē p triduū diuina ꝟtute preseruata. Secūda fuit qz caro illa fuit reparata. Cū. n. ibi fuerunt liuores ꝛ vulnera ac plage tumentes ex flagellis: oia ista fuerūt ꝟtute diuina sanata absq; medicamine remanētib⁹ cicatricibus ad decorē. Tertia dispositio qz xp̄i caro fuit glorificata. Mā habuit ꝑmo dotē impassibilitatis qz dicit Ap̄s ad Ro. 6. c. Christus resurgēs ex mortuis iā nō moriē mors illi vltra nō dñabitur. Secō habuit dotē subtilitatis ꝑ quā exiuit de sepulchro clauso. Tertio habuit dotē agilitatis ꝑ quā euanuit ab oculis coꝝ. Luc. 24. c. Quarto habuit dotē claritatis quā tñ occultauit discipulis manifestādū electis ꝛ i die iudicij etiā reprobis. Resurrexit igit̄ triūphator mortis ex poliator inferni ꝛ mūdi redēptor: ꝙ numero electorū cōpleto resurgere faciet amicoꝝ suoꝝ corpora suis ꝓpriis animabus vnita: vt sic pcipiāt eternaliter gaudia eterne vite. Ad quā nos perducat ipse dei filius qui est benedictus ꝑ omnia secula seculoꝝ. Amen.

Feria secunda post dominicā resurrectiōis. De sanctissima fide. Sermo. .51.

Stulti ꝛ tardi corde ad credendū: ꝟba sunt redemptoris nr̄i originaliter Luce. 24. c. ꝛ i euāgelio hodierno Lonat̄ hostis animax nr̄aruꝫ mille suis nocēdi modis moualiuꝫ corda a fide iesu xp̄i retrahere: qm̄ cū illoꝝ excecauerit intellectū facile ad q̄cūq; scelera eos p̄cipitare p̄t. Sublata nāq; fide reliq; ꝟtutes fundamētū nō habēt. vñ Greg. I. q. I. c. Luz paulus. ait. Cū paulus dicat fundamētū aliud nemo p̄t ponere p̄ter id qđ positum est qđ est xp̄s iesus. i. fides xp̄i: cōsequēter ꝓbat qz vbi xp̄s nō est fundamētū nullū boni operis ē supedificiū. Fides nāq; est q̄ mūdū vincit. Vnde Joh. 1. cano. c. 5. ait. Hec est victoria q̄ vincit mundū fides nr̄a. i. q̄ vincere facit q̄ sunt i mūdo videlicet superbiā: auaritiā: ꝛ luxuriaꝫ. Ipsa diaboli tentatiōes exterminat. Vnde Ap̄s ad ephe. 6. c. ingt. In oib⁹ sumētes scutū fidei in q̄ possitis oia tela inimici ignea extinguere. Ipa hominē iustificat. Vñ Gen. 15. c. scribit. Credit Abrahā deo ꝛ reputatū est ei ad iusticiā. Ipsa credētes filios dei efficit: ideo Joh. 1. c. dicit Dedit eis ptate filios dei fieri bijs q̄ credūt in nomine ei⁹. Ipsa a periculis liberat. Mā ꝑ fidē abrahā exiuit de vr. i. de igne caldeoꝝ illesus. Cū. n. nō vellet ignē adorare quē caldei deū dicebāt vt experiret ꝟtutē dei sui miserūt ipsuꝫ in ignē: sed nō recepit lesionē. Ara Vo german⁹ ei⁹ ꝛ pater sare ꝛ loth illuc missus qz in fide defecit cōbustus est. Ananias ꝛ socij in foznacez missi laudabāt ꝛ bñdicebāt deū nec ignis nocebat eis. Quare Paulus ad hebreos. xi. c. dic̄ Sancti p fidē vicerūt regna opati sunt iusticiā adepti sunt repzoīssiones: obturauerunt oza leonū: extinxerūt ipetū ignis. Et ne singula repetamus fides corpoꝛis ꝛ aie salutē opat̄. Ob qđ iesus dei fili⁹ Luce. 7. ca. dixit magdalene. et Luc. 18. ceco. Fides tua te saluū fecit. Qua de re in p̄senti sermone de fide dicere statui: quā pdiderāt discipuli euntes in emaus: quos Christ⁹ dure redarguit. De ipsa itaq; fide tria mysteria ꝓponemus declaranda.

Primū dicit̄ virtuositatis.
Secundū necessitatis.
Tertiū qualitatis.

De multiplici acceptione fidei. Et quomodo diffinitur. Et qualiter est virtus theologica ex eo ꝙ est a deo ꝛ terminatur ad ipsum sicut ad obiectum. Cap. .I.

Primū mysteriū de fide declarāduꝫ dr̄ ꝑ virtuositatis: pro cuius intelligētia tria erunt videnda.

Primū quot modis capit̄ fides.
Secūdū quid est fides.
Tertiū vtrū fides sit virtus.

Primo videndū est quot modis capit̄ fides.

Et ex dictis

Et ex dictis Alexādri i tertio summe. Et Bonauen. in.3. di.23. q. ex glosa in. c. 1. de summa tri. & fi. ca. habeť q fides sumiť duodecim modis. Primo sumiť p sponsione. vñ. 1. ad timotheū. 5. c. dicit. Prima fidē irritā fecerunt Glo. idest sponsionē. Sic sumiť ab Aug. 23. q. 1. c. Noli. Noli ingt fidē fallere qñ graue ē. Et iterꝝ ibi. Fides qñ promittit etiā hosti seruāda est. Hoc mō etiā dicit Hysi. 22. q. 4. In malis promissis rescinde fidē. Secūdo sumiť fides p fidelitate vt cū qs retinet fideliter & restituit sibi cōmissa & similia. Et de hac Hiere. 6. c. dicit. Periit fides. Et puer. 20. c. Virū fidelez qs inueniet. Tertio sumiť fides p cōscientia. Iurta illud ad romanos. 14. c. Omne qđ nō est ex fide peccatū est. Glo. 28. q. 1. c. Oēs idest omne qđ est ꝺ cōscientiā. Quarto sumitur fides p innocentia: vt. 22. q. 4. c. Innocēs

Quinto sumiť fides, p castitate thoz. vt. 27. q. 1. c. Cōiuges. Et. ca. Cōiunx. Sexto sumitur fides p credulitate. i. p quodaz habitu q̄ qs firmiter assentit sine formidine de oppositis hijs q̄ clare nō videt q̄cunqz sint illa. Prima cuz qs credit talē eē suū prez vel matrez. Et de hac Greg. i. 4. dialog. ingt. Audenter dico: qz si ne fide nec infidelis viuit. Mā si eūdē infidelez pcunctari voluero quē patrē vel quā matrē habuit: rndebit, ptinus illū atqz illā. Septimo sumiť fides p sacramēto baptismi. vñ Aug. ad bonifaciū. Quid est aliud parulū bre fidē nisi fidei sacramētū. Et. 45. di. c. Dejudeis. dicit. Oportet vt fidē quā vi vel necessitate suscepunt necessario tenere coganť. Octauo sumiť fides p acceptiōe cōclusionis ex rōne, pbabili sm q logici dicūt. Arg. est ratio, rei dubie faciēs fidē

Nono dicit fides cognitio q̄ est in patria. Et de hac ad Ro. 1. Justicia dei reuelat ex fide in fidē. Glo. ex fide spei in fidez rei. Decio ca pit fides, p articulis fidei, ppositis ad credēdū Et sic sumit Athanasius cū dicit. Hec ē fides catholica quā nisi qsqz fideliter firmiterqz crediderit saluus eē nō poterit. Undecimo sumiť fides, p habitu informi: de q̄ pme ad cor. 13. c. dr Si habuero oēz fidē rc. Duodecio accipit fides, p habitu formato. Et de hac ad Ro. 1. ca. Justus ex fide viuit. Hec est virtus theologica siue sit informis siue formata. De q̄ apls ait. 1. ad Cor. 13. c. Nūc aūt manent fides spes charitas tria b. Secūdo videndū est: qd est fides. Et sm Boē. qz fides multipliciter ꝓsideratur ita etiā notificat. Quādoqz. n. cōsiderat quātū ad ppriū genus. Et tūc describit sic ab Aug. sup Joānē. Fides est virtus qua creduntť que nō videnť. Et nō est de omnib9 q̄ nō videnť: vt dicit Magister in littera: sed de hijs q̄ necessaria sunt ad salutē. Secūdo cōsideratť fides quātuz ad obiectū siue ad principiū motiuū. Et sic dicit Aug. ad crescentiū. Fides est prima illuminatio mentis ad primaz veritatē. Tertio cōsideratur fides quantū ad actuz proprīū. Et sic dicit Damascenus lib. 4. Fides est nō inquisitus cōsensus circa primā veritatē. Quarto cōsideratur fides quantū ad habitū desperatū. Et hoc modo inquit Hugo lib. de sacramentis.

Fides est certitudo quedā animi de reb9 absentibus supra opinionez & infra scientiā constituta. Opinio enim fides & scientia sunt habitus disperati. Quinto cōsideratť fides quantū ad suū finez. Et sic describit ab Apostolo ad hebreos xi. c. Fides est substantia rerum sperandarū argumē. nō apparentiū. Haz fides habet tria.

Primo aspicit. Secūdo efficit. Tertio reficit. Aspicit primā veritatē nō habitā sed sperādā. Ideo dicit sperandarū rerum. Secundo efficit idest causa est faciens res sperandas esse in nobis. Unde dicit substātia quia sicut substantia est causa suorū accidentiū: ita fides est causa cōsequendi bona sperata. Tertio fides reficit seu allicit. Unde dicit Argumē. idest certitudo assentiendo hijs q̄ nō apparent: & hoc est meritū & laus fidei si certe & indubitanter creditur qđ nō videt. Beatus vero Tho. 22. q. 8. Volēs verba Apostoli reducere ad formaz diffinitionis clarā sic dicit. Fides est habitus mētis qua inchoať vita eterna in nobis faciens intellectuz assentire nō apparentib9. Pro clariorꝝ aūt intelligentia pretacte diffinitionis apostoli primo notādū est q̄ p predictā diffinitionez fides distinguit ab omnib9 que ptinent ad intellectū. Et primo ab opinione suspitione & dubitatiōe p hoc q̄ dicit argumē. Mā p hec tria intellect9 nō firmiter inheret alicui. Per dubitatiōez nō magis tēdit ad vnā ptē q̄z ad aliā. Per opinionē & si declinet fortē ad vnā ptē tñ cū formidine de oppositō. Per suspitionez leuit declinat ad vnā ptē. Sz p fidē firmit inheret credēdis sine hesitatiōe. 2er h̄ q̄ dr nō apparētiū fides distinguit ab intellectu q̄ ē de pncipijs p se notis & scientia q̄ est de cōclusionib9 p demonstrationē acquisitis per q̄ aliquid intellectui apparēter fit cuiusmodi nō est fides. Tertio p h̄ q̄ dicit substātia rerū sperandarū distinguitur a fide cōmuniter

sumpta. s. credulitate q̃ est etiã de humanis: sic̃ cuz qs firmiter credit parentes suos esse talem ⁊ talez. Secũdo notãdũ ꝙ fides dicit substã tia rez speranduz potius q̃z diligendaruz ex eo ꝙ dilectio põt esse presentiũ ⁊ absentiũ visorum ⁊ nõ visorũ. Sed spes est tantũ de absentibus impossibile est dei prescientiaz falli ⁊ eius volũ tas ⁊ nõ visis: de qb⁹ etiã ẽ fides: qz ⁊ si videant̃ ea q̃ sunt fidei aliquo modo. s. vt credenda non tamẽ oculo corporali vel intellectuali demõstra tiue. Tertio notandũ: ꝙ argu. dicit multipli citer. Primo breuis enarratio subsequentiuz: vel breuis collectio materie simul sumpte toti⁹ libri. Et sic sumit̃ in biblia vbi ꝓlogi librorum aliquãdo dicunt̃ argumẽta. Secũdo arg. dicit̃ ostensio vel manifestatio s̃m illud Joannis. 3. Omnis q male agit odit lucẽ ⁊ nõ venit ad lu cez vt nõ arguant̃ opera ei⁹. Tertio dicit̃ arg. ratio rei dubie faciens fidẽ: ⁊ hoc mõ sumit̃ in logicis: sed in theologicis ecõtra fides facit ar gumentũ seu rationẽ. Quarto dicit̃ argu. certi tudo ex qua animus mouet̃ in aliqd ⁊ sic fides dicit̃ argumentũ. Tertio videndũ est vtrum fides sit virtus. Et ꝙ sic patet s̃m Boñ. 23. di. tertij libri: tuz qz ipsa est principiũ nostre salutis tum qz est opposita vicio infidelitatis: tum etiaz qz in illa cõsistit rectitudo vite s̃m regulã iusti cie q̃ est vt homo simpliciter credat hijs que no bis sunt a deo reuelata. Nec obstat ꝙ Arist. et sui sequaces ceteriqz philosophi nõ posuerũt ni si virtutes. Aut morales: vt prudentiaz: iusti ciaz: fortitudinẽ ⁊ temperantiã: vel intellectua lis: vt sunt intellectus scientia: sapientia prudẽ tia ⁊ ars de quib⁹ loquit̃ Ari. in. 6. ethi. quoniã s̃m Tho. 1. 2. q. 62. preter supradicta virtutes necessariũ fuit esse virtutes theologicas. Nã ꝑ virtutẽ perficit̃ homo ad actus qbus in beatitu dinez ordinat̃. Est aũt duplex hominis beatitu do. Vna ꝓportionata nature ad quã ꝑuenire põt ꝑ principia sue nature. Alia excedens hois naturã ad quam hõ sola Vtute diuina attingere põt s̃m quandã diuinitatis participationẽ. Et qz huiusmodi beatitudo ꝓportionem humane nature excedit: principia naturalia hominis ex quib⁹ ꝓcedit ad bene agendũ s̃m suã ꝓportio nez nõ sufficiunt ad ordinandũ hominẽ in bea titudinẽ predictã. Vñ oportet ꝙ superaddant̃ homini diuinitus aliqua principia ꝑ q̃ ita ordi netur ad beatitudinẽ supernaturalẽ sicut ꝑ ꝑn cipia naturalia ordinat̃ ad finẽ cõnaturalẽ non tñ absqz adiutorio diuino. Et hec principia di cuntur virtutes theologice: tum qz habent deũ pro obiecto inquantũ ꝑ eas recte ordinamur in deũ: tũ qz a solo deo nobis infundunt̃: tum qa sola diuina reuelatione in sacra scriptura nobis tradunt̃. Franciscus Vo de maronis in quodã tractatu de Vtutibus ait: ꝙ virtus theologica s̃m nominis significationez dicit̃ virtus diui na ꝙ theos ꝙ est deus: vñ Diony. in lib. de di uinis nominib⁹ omnia ad deum ꝑtinentia siue ad diuinitatez vocat theologica. Sed aliqd dict tur diuinũ t ripliciter. Aut qz in deo formaliter reperit̃: vt eternitas bonitas imensitas ⁊ hmõi que dicunt̃ ꝑfectiones diuine. Aut qz deo assi milatur. Sicut Diony. li. de diuinis nomini bus vocat sanctũ hierotheũ virũ diuinũ qz deo similis erat ꝑ participationẽ virtutũ. Aut quia ad deũ terminat̃ sicut ad obiectũ. Sicut theolo gia dicit̃ scriptura diuina qz de deo loquit̃. Di cuntur ergo virtutes theologice diuine: nõ pri mo nec secũdo sed tertio modo: qz. s. sunt a deo ⁊ ad ipsum terminant̃ sicut ad ꝓpriũ obiectuz. Siquis Vo obiceret ꝙ methaphisica nõ ponit̃ virtus theologica ⁊ tamẽ negociat̃ circa deuz ⁊ substantias separatas. Rñdet Franciscus ꝙ metaphisica est de deo sub rõne cõmuni que est naturaliter nota: virtus Vo theologica sub rõ ne ꝓpria q̃ est credita. Multa est xp̃ianoꝝ obli gatio ad benignissimũ deũ q tanta luce verita tis corda nostra respersit vt fide media magis imbuta sit vna vetula de diuinis q̃z gẽtiles phi qui euanuerunt in cogitationibus suis.

Qđ fides est necessaria ad salutẽ ⁊ etiã cre denda sunt aliqua q̃ ratione naturali ꝓbari pñt ⁊ aliqua etiã explicite. Cap. .2.

Secundũ mysteriũ declaranduz de fide dicitur necessitatis. Vbi sunt tria du bia decidenda.

Primũ vtrũ fides sit ad salutẽ necessaria.
Secundũ vtrũ sit necessariũ credere aliqua que ratione naturali possent de deo inuestigari.
Tertiũ vtꝝ sit necessariũ credere aliqd explicite

Ad primũ dubiũ rñdet Athanasius in sym bolo dicens. Quicũqz vult saluus esse añ om nia opus est vt teneat catholicã fidẽ. Quã nisi quisqz integrã inuiolatãqz s̃uauerit saluus esse nõ poterit. Ratio autẽ quare fides ẽ necessaria qz ipsa illuminat intellectũ ad necessariã cogni tionẽ dei. In omni. n. via ⁊ in omni opatione est primo necessaria cognitio finis ipsi⁹ opera tionis vel vie. Quia finis est cã causaꝝ ex secũ do metha. ⁊ finis mouet agentẽ ⁊ est principiũ omnium

omniuꝫ operationuꝫ nostraꝝ ex scō ethicoꝝ. Et ly finis sit vltimus in executōe: tñ est ꝑmus in itentōe ꝫ mouet agentē. Sicut ergo se habēt ꝑncipia in demōstrabilia in spectabilibus sic se habet finis in opabilibus. Cū ꝟo in hoc mundo oēs simus viatores ꝫ nō habeamus hic ciuitatē manētem vt dicit ad hebreos vlti. c. ꝑ finis ad quē ordinati sum⁹ ꝫ ad quē debem⁹ tendere ē deus vnde Magister sñiaꝝ di. I. scōi libri ait. ꝑ ecit deus rōnalem creaturā vt sūmuꝫ bonū itelligeret: itelligēdo amaret: amādo possideret: ꝫ possidēdo frueret. Et Augu. in ꝑmo cōfessionū. ꝑ ecisti nos dñe ad te ꝫ ingetuꝫ ē cor nostrū donec gescat in te. Sicut itaqꝫ deus est cā efficiēs oiuꝫ per potentiā suā ꝫ cā exēplaris ꝑ suaꝝ sapiam: sic ē ꝫ finalis ꝑ suam bonitatem Quare apocalypsis. I. c. dixit. Ego sum alpha ꝫ o: ꝑncipiū ꝫ finis. Cū ergo ipse deus sit finis noster sequtur q⁹ nos debem⁹ ipm scire ꝫ cognoscere. Immo vt ꝓbat Tho. in. 3. cōtra gētiles Intelligere deū ē finis oīs itellectualis substātie. Et in ꝑmo ꝺ gentiles inducit Ari. q i. r. ethi coꝝ reꝓbendit simonidē quēdam q ꝑsuadebat hoibus vt ꝑmitterēt diuinā cognitōem ꝫ humanis reb⁹ ingeniū applicarent. Ꝺ poztere in gebat hoiem humana sapere ꝫ moztalia mozta lē. Contra quē simonidē dicit Ꝓbs q⁹ homo se ꝺz ad imoztalia ꝫ diuina trahere ꝛtuꝫ potest Quare videt q⁹ necessaria sit cognitio de diuinis ad quaꝫ habendā ꝑ statu isto cōueniēs medium ē fides. Et ad hoc clarius itelligendū: nota ꝑm Tho. in. 4. cōtra gentiles q⁹ homo de diuinis triplicē cognitōem habere pōt. Ꝓma est cognitio nature: ꝫ hec habet per nālem rōnem Scōa ē cognitio gratie: ꝫ hec habet per diuinam reuelatōem. Tertia ē cognitio glie: ꝫ ꝫ habetur pe supnālem illuminatōem. Ꝓria cognitio bona. Scōa melioꝝ. Tertia optima. Vltia cognitio haberi nō pōt absqꝫ scōaqua homo cognoscit que inuestigari nō possūt rōne nāli ex reuelatōe dei. Cognitio ergo fidei illuminat itellectū ad cognoscendū deum trinū ꝫ vnū creatorem celi ꝫ terre: ꝫ reliqua in articulis fidei, ꝓpsita. Scōm dubiū fuit vtꝝ sit necessariū credere aliqua que ēt de deo rōne naturali possent inuestigari: vt q⁹ deus ē: ꝫ q⁹ deus ē vnus ꝫ similia. Ad quod respondet Tho. 22. q. 2. ꝫ in ꝑmo contra gentiles q⁹ sic multiplici rōne.

Ꝓma qꝫ cognitio fidei est certioꝝ.
Scōa qꝫ velocioꝝ.
Tertia qꝫ cōmunioꝝ.
Quarta qꝫ ampliꝰ.
Quinta qꝫ vtilioꝝ.

Ꝓma rō est qꝫ cognitio fidei ē certioꝝ. Mā cōnaturalis ē multuꝫ deficiēs a cognitōe diui noꝝ. Cuius signū ē q⁹ ꝑsi scrutantes diuina naturali igenio in multis errauerūt ꝫ sibiipsis ꝺixerūt: vt apparet in coꝝ dictis atqꝫ sententiis: qꝫ homo falli pōt: deus aūt falli nō pōt. Mā si humana rō non potest pertingere ad perfectā cognitōem reꝝ creatarum sensibiliū quātomagis in rebus diuinis que nullo sensu ꝓcipi possunt qꝫ vt inquit Arist. in prologo methaphisice. Deus ē remotissimus a sensu: vt igitur essz apud homies idubitata ꝫ certa cognitio ꝺ deo oportuit q⁹ diuina eis per moduꝫ fidei traderēt quasi a deo dicta q mentiri non pōt. Hinc Lactantius li. I. diuinaꝝ instōnum ingt. Ꝺ missis terrenis huiusce phie auctoribus nil certe assentientibus aggrediamur viaz rectā quos eqdem si putarem satis idoneos ad bene viuendū duces esse ꝫ ipe sequerer ꝫ alios vt seqrentur hortarer. Sed cū magna inter se concertatōe dissideant secūqꝫ ipsi plerūqꝫ discordent apparet corū iter nequaqꝫ esse directum. Sigdem sibi q⁹qꝫ vt est libitum, ꝓprias vias imꝓsserūt: cōfusionēqꝫ maximā ingrentibus veritatem reliquerunt. Nobis aūt qui sacramentum religionis accepimus cū sit veritas reuelata diuinitus oēs vtriusqꝫ sexus sine vllo discrimie ad celeste pabulum cōuocamus. Hec ille. Certioꝝ ergo est cognitio que habetur per fidem ꝺ qui habetur ꝑ sciam ex parte cāe certitudinis: qꝫ fides initiatur Ꝟitati diuine que ē eius obiectum. Scientia ꝟo innititur rōi humane vt refert Tho. 22. q. 4. arti. vlt. Ꝺic Apostolus ad ephesios. 4. c. aīt. Non amplius ambuletis sicut ꝫ gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habētes intellectum. Scō cognitio fidei ē velocioꝝ ꝺ illa que habetur ꝑ rōnem naturalem. Scientia nāqꝫ ad quam pertinet, ꝓbare deū esse ꝫ esse vnum ꝫ esse nobilissimū potētissimū ꝛc. vltimo hominibus adiscenda, ꝓponitur suppositis mltis alijs scientijs. Et sic nō nisi post magnū tempus cognoscerentur ista ꝺ deo. Mam methaphisica que circa diuina uersatur iter philosophie partes vltima remanet adiscenda. Tertio cognitio fidei ē cōioꝝ. Multi enim in studio scientie, ꝑficere nō possunt, ꝓpter multa impedimenta. Mam aliqui impediūtur a studiose ingsitōis fructu qui ē inuentio veritatis, ꝓpter indispositōem complexionis: ex qua

multi naturaliter sunt idispositi ad scientiã. Ali
qui impediuntur necessitate rei familiaris. Oz
enim inter homines eẽ aliquos q tpalibus ad/
ministrãdis isistãt q tm̃ tp̃s i ocio ꝯtẽplatiue co
gnitõis non possent expendere vt ad summũ
fastigium humane inqsitõnis ptingerent. s. dei
cognitõem. Quidam isuper retrahuntur volũ
taria pigritia. Isti ergo tales oino a dei cogniti
one fraudarentur ⁊ conseq̃nter a felicitate per/
fecta. Fuit ergo necessariũ vt diuina p moduz
fidei credenda ꝓponerentur. Cuius cognitio
cõis est oibus vt sic omnis caro saluari possit
Quia sicut dicitur ad colocenses .3.c. In xp̃o
iesu non ẽ masculus ⁊ femina: non ẽ seruus ne
qz liber. Quarto cognitio fidei ẽ amplior qz ad
plura extenditur q̃z cognitio que habetur p rõ
nem nãlem. Nam per rõnem naturalem non
possumus cognoscere deo nisi ꝙ est ⁊ ꝙ ẽ vn⁹
⁊ similia. Sed nõ ꝙ sit trinus in personis nec
ꝙ Vgo possit parere ⁊ huiusmõi. Jõ apostol⁹
p̃me ad corinthios. 2.c. ait. Loqmur dei sapiẽ
tiam in ministerio quam nemo p̃ncipuz .i. phi
losophoꝝ huius seculi nouit. O aurea secula
nostra luce Vitatis per iesum xp̃m dñm nostꝝ
illustrata adeo vt in cognitõe rerum altissimaꝝ
dei multomagis ꝓficiat vna vetula xp̃iana q̃z
omnis schola gentilium phorum. Impletum
qppe ẽ dictũ Esaie. xi.c. Replera ẽ terra scien
tia domini sicut aque maris opientis. Quito
cognitio fidei ẽ vtilior. Nam assentire hijs que
nãr cognosci possunt nullius ẽ meriti sicut cre
dere ꝙ sol mouetur ⁊ similia. Sz assentire hijs
que a deo sũt reuelata maximi ẽ meriti. Prio
rõne reuerentie quam exhibet homo q̃eo qz cre
dit ei ẽt ea que non capit. Nã qñ aliquis credit
simplici Vbo alicuius de hijs que alias igno/
rat exhibet sibi honorem. Vnde Valeri⁹ ma/
xim⁹ li. 8.c. 16. inqt. Pictagore tanta auctori/
tas ab auctoribus fuit tributa que ab eo accepe
rãt i disputatiõez ducere nefas estimarẽt. Qui
ẽt interpellati ad reddendũ cãm hoc responde
bant ip̃m dixisse. Quanto magis homo dz cre
dere deo qui reuelauit nobis mysteria fidei per
dilectum suũ filium vnigenitum ꝓ nobis icar/
natum ⁊ per ꝓphas ⁊ apostolos ac sanctos su/
os. Scdo credere ẽ maximi meriti qz homo hu
miliat intellectum suũ ad credendũ ea que intel
lectu non põt pcipere dicendo cum Hilario qz
plura põt deus facere q̃z intellectus intelligere
Qd aũt sic credere sit meritoriuz ꝓbat a sancto
Tho. 22.q.2. Qz omnis actus qui subicit libe
ro arbitrio moto a deo per grãm ⁊ relatus i de
um ẽ meritorius. Sed credere ẽ actus itellect⁹
assentientis veritati diuine ex imperio volũta/
tis mote a deo p grãm: ⁊ sic subiacet libero ar/
bitrio in ordine ad deuz: ergo actus fidei ẽ me
dei: fuitq; cū ceteris p̄latis dū vota omniū exqsi
ta fuere: fui dum solemnis oratio habita est de
laudibus huius sancti in publico cōcistorio: fui
etiā dū pontifex in ecclesia sancti Petri missaz
cantauit ⁊ sua diuina voce dicere cepit. Sancte
Bonauē. ora pro nobis. Gaudeat igit̄ mater
ecclesia in huius sancti canonizatione: lectent̄ et
cuncti fideles qbus nouus ad iesum xp̄m dat⁹
est intercessor. Exultet sacra minoruz religio in
huius sancti nomine nō mediocriter sublimata
Sed ⁊ tu reuerendissime generalis minoꝝ gra
tias referas imortali deo ⁊ suo vicario pontifici
maximo atq; reuerendissimo dñis cardinalib⁹
cōmissarijs in cā tā letabunde canonizatiōis vi
delicet Juliano extra. sancti Petri ad vincula.
Stephano mediolanensi nūcupato: ⁊ Franci/
sco de gonzaga mantuano: q̄z cōpleuerūt ardē
tissimū desideriū tuū. Tu Frāciscus sanson di/
ceris duplici Vtutis vocabulo nūcupatus. Tu
hac etate nostra vir eruditissimus humanaruz
diuinarūq; rerū omne a te pompā ⁊ elationem
effugasti imitatus francisci p̄ris vestigia. Tu in
laborib⁹ regiminis ordinis robustus ⁊ valid⁹
vt alter sanson es vsus. Sed pro canonizatio/
ne sancti Boñ. sansonis fortitudinē superasti.
Quisnā explicet quāta labore qua solicitudine
quibus vigilijs quantisue ad deuz orationibus
canonizationē hanc ꝓcurasti. Vidi te ego di/
scurrentē per vrbem nunc ad pedes pontificis
nunc ad reuerendissimos dños cōmissarios et
alios cardinales: nunc ad alios p̄latos ⁊ curia/
les semp̄ ⁊ indefesse hanc canonizationē expo/
stulando: vidi te madefactuz q̄z sepe sudore: vi/
di te mēte anxiū ⁊ quādoq; pro rei tarditati lu/
gentē: nihilomin⁹ nunq̄z cessasti laborare quo/
usq; sanctū hoc negociū deductū est ad p̄fectuz
benedicam⁹ ergo oēs patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū san/
ctum: ⁊ Bonauen. precipuo iam veneremur
affectu. Tertius splendor Boñ. dicit̄ supne
glorificationis. Sicut in ecclesia militāti deus
magnū fecit illū: ita incōparabiliter exaltauit eū
in ecclesia triūphante. Deprecemur itaq; iesuz
xp̄z caput electorū vt p̄ huius sancti merita nos
perducat ad celestem patriā. Amen.

De sancto Bernardino predicatoruz nostri
temporis principe. Sermo. 54.

Dilectus deo ⁊ homi
nib⁹: cuius
memoria in benedictiōe ē. Sa
pientis verba sunt ista origina
liter Ecclesiastici. 45. c. ⁊ i epi/
stola hodierne festiuitatis. Vel
lem hoc tempore tāto eloquentie splendore ful/
gere vt nō soluz alterum demosthenē principē
oratorū grecie: aut Ciceronē latinū me putarēt
omnes astantes: sed angelū crederent de celo
missum vt fari possem eximias laudes illi⁹ san/
cti Bernardini q̄ sua p̄dicatione nomen glorio
sum iesu christi mirabiliter exaltauit. Ipse qp/
pe alter paulus ⁊ vas electionis christianā reli/
gionē sua doctrina reformauit. Ipse Italie po
pulos p̄ abrupta viciorū deuitantes ad semitaz
virtutū ⁊ iusticie reduxit. Ipse deniq; religio/
nem sacrā minorum numero ⁊ sanctitate adau
xit. Merito itaq; in eius solemnitate preconia
predicationis eius enarrare debem⁹. Ob illaz
nanq; deo ⁊ hominibus dilectus est ⁊ memo/
ria eius benedicta in sempiternū manebit. De
qua in presenti sermone tres excellentias ꝓpo/
nimus declarandas.

Prima dicit̄ cōmendationis.
Secūda cōditionis.
Tertia honorationis.

Qd cõmendat̃ p̃dicatio sancti Bernardini
pp humilitatẽ charitatẽ ⁊ patientiã. Ca. .1.

Prima excellentia predicationis sancti
p Bernardini dicit ꝯmẽdationis. Sua
quippe predicatio satis est cõmẽdanda
Et maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter humilitatem.
Secũdo ꝓpter charitatem.
Tertio ꝓpter patientiam.

Primo cõmendatur predicatio sancti Bernardini propter humilitatez. Nõ enim p̃dicauit p̃sumptuose aut superbe se ingerens: sz missus. Officiũ nãqz predicatoꝝ officiũ est angelorũ: qz sicut angeli annũciãt diuina: ita ⁊ predicatores de qbus Dauid in ps. ait. Annũciaue runt opera dei. Angeli autẽ nõ ex se venũt: sz vt dicit Apostolus ad hebreos. 2.c. In ministeriũ missi sunt. Sic ⁊ predicatores. Quomodo predicabunt ait Apostolus ad romanos de cimo nisi mittant̃. Quod autẽ Esaias nõ vocatus se obtulit ad predicandum cum dixit. Ecce ego mitte me. Esai. 7.c. Etcontra cũ Hiere. mitteretur a deo se excusauit dicens. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui. Hieremie. 1.c. Et si diuersa vox extra prodijt: non tamen a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis. vt ait Greg. Amor. s. dei ⁊ prorimi. Per actiuã vitaz prodesse ꝓximis cupiens Esaiã officiuz predicationis appetijt. Per cõtemplationez vero Hiere. sedue amori cõditoris inherere desiderans ne mitti ad p̃dicandũ debeat cõtradicit. Quod laudabiliter vnus appetijt: hoc laudabiliter alter erpauit. Iste ne tacite cõtemplationis lucrũ loquẽdo p/deret. Ille ne dãna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisqz est subtiliter intuenduz qz ⁊ is q recusauit plene non resistit: ⁊ is q mitti voluit ante se per altaris calculuz purgatuz vidit. Et paulo supza Greg. dicit. Sicut toto desiderio occupationẽ fugere debem⁹ ita si desit q predicet occupationis onus libenti necesse est animo subire. Hec omnia. 81. q. 1. c. In scripturis. Et qz difficile est ⁊ earũ videre se purgatuz. Quia nemo scit vtrũ odio vel amore dign⁹ sit vt dicit Ecclesiastes. 9. c. Ideo nullus debet p̃sumere ex se ire ad predicandũ. Sed expectare debet vt mittatur vel a deo vel ab ecclesia. vñ de Joãne baptista dicit Joãnis primo. c. Fuit homo missus a deo. Nõ tamẽ credit alicui dixcenti se missum a deo q ab ecclesia nõ est missus nisi, ꝓbet per miraculũ sicut Moyses extra de hereticis. c. Cũ ex iniuncto. Et Argu. de ꝓse. di. 2. c. Reuera. Sic fuit missus. Equicius cui apparuit in somnis angelus ⁊ eũ ad predicãdũ misit. 16. q. 1. §. Hoc idẽ. Ab ecclesia autẽ mittitur qs vel ordinarie vt qulibet curatus saltim quo ad subditos. Ad rectores enim ecclesie maxime ptinet predicare per se vel per aliũ subditis suis. Vñ primis rectoribꝰ dixit xp̃s Marci vltimo. c. Euntes in mundũ vniuersum p̃dicate euangeliuz omni creature. Et Greg. dicit inpastorali. 43. di. c. Sit rector. Officiũ predicationis suscipit quisquis ad sacerdotiuz accedit vt ante aduentũ iudicis q terribiliter sequit ipse scilicet clamãdo gradiat̃ idest predicãdo. Et loquitur Greg. de curatis. Qui etiã figuraz in ducit Exodi. 28. c. vbi dicit. q̃ sacerdos ingrediens tabernaculũ tintinabulis ambiat̃ vt audiatur sonitus quãdo ingredit ⁊ nõ moriatur. Quia vt exponit Gregorius dicto. c. Sic rector. Irã cõtra se occulti iudicis exigit si fine p̃dicationis sonitu incedit. Et sic moriũ spiritualiter. Vñ dominus Ezechieli, ꝓbete. 18. cap. Fili hominis speculatorez dedi te domui israel Si dicente me ad impiũ morte morieris tu nõ annunciaueris ipse in iniquitate sua moriętur. Sanguinẽ vo eius de manu tua requirã. Cõ firmat idẽ Nicolaus papa. 43. di. Dispẽsatio inquit celestis seminis nobis iniuncta est ve si nõ sparserimus: ve si tacuerim⁹. Vel ab ecclesia mittitur qs ad predicandũ ex priuilegio vt p̃dicatores ⁊ minores. Augustinenses carmelite ⁊ seruite saltim in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs nõ nisi vocati. Et hij etiã debent mitti a prelatis suis. De qbus fit mentio in clemẽtina dudum de sepulturis. Qui autẽ vocatus seu missus ad hoc ptinaciter recusat ab ecclesia ⁊ deo cõtemnitur. Quod figuratũ fuit in eo q nolebat ducere vroꝛẽ fratris mortui ⁊, ꝓpterea discalciabat̃ vno pede vt exponit Aug. 8. q. 1. c. Oli Munc ingt euãgelij quisqz p̃dicator ita debet in ecclesia p̃dicare siue laborare vt defuncto fratri idest xp̃o suscitet sanctũ q pro nobis mortu⁹ est. Et qđ suscitatuz fuerit eius nomẽ accipiat. Vt igit̃ ad sanctũ Bernardinũ cõuertamus sermonez. Ipse sicut experientia facti manifestauit a deo electus ⁊ a ꝓlatis ordinis p obediẽtiã astrictus officiũ p̃dicãdi suscepit. Natus. n. in ciuitate massa, ꝓuincie thuscie ex honestissimis parentibus patre videlicet tollo ⁊ matre niera nobilibus senensib⁹ ante. cõpletũ septenniũ vtroqz parẽte orbatus remãsit sub cura ⁊ regimine cu

tusdam

iusdaz venerabilis dñe sororis matris eius cui nomē erat diana: q̄ puerulū: indurit ad virginis glorioſe p̄cipuā deuotionē. Et operā dedit vt litteris vacaret ac moꝛib⁹ bonis. Creuit autē de virtute in virtutē honestus affabilis et pauperib⁹ liberalissimus. Tantaq; fuit in eo aptitudo ingenij ꝛ subtilitas intellectus q; añ cōpletuz annū quintūdecimū in grāmatica logica ꝛ moꝛali phīa satis mediocriter fuit instructus. Indeq; cepit electionez iuris canonici frequētare. Eratq; vita eius ita munda. vt oīb⁹ alijs cederet in exemplū. Mā vt retulit mihi qdā vir fidedignus cancellarius dominj senensis nomine leonardus q cōsocius eius fuerat in choꝛis in etate illa adolescente ad malū ꝓna. Mullius audebat coꝛā Bernardino verbum turpe aut lasciuū proferre. Quinimo si quādoq; alij adolescentuli ꝛ scholares absente Bernardino aliqua inter se ꝟba ociosa referrent si vidissent ex post Bernardinū aduenientē mox alter alte risloquebaꝫ. Taceamus ingt qꝛ Bernardinus venit. quid plura. āno etatis sue decimo octauo dum pestis truculentissima seuiret quasi in tota italia. In hospitali magno senēsi iacebat multitudo egrotantiū ex peste ꝛ vix erat qui illis ministraret. Mā ꝛ famuli omnes pro maioꝛi parte ꝛ aromatarij ꝛ illo hospitali cōmoꝛātes ꝛ capellani atq; alij plurimi peste percussi obierant Erat illis temporib⁹ rectoꝛ hospitalis quidā vir deuotus ꝛ ꝓbus dominus Joānes de gēnaronibus q videns sibi humanū deesse auxiliū ad virginē pijssimā se cōuertit illā deprecās vt taz extreme infirmoꝛū necessitati succurreret. O felix adolescētia Bernardini. O ardētissima charitas coꝛdis ei⁹. O pietas omnib⁹ posteris predicanda. Adoꝛ vt Bernardinus audiuit q̄ de firmis patientib⁹ dicebaꝫ monuit q̄plures iuuenes ꝛ vna cū illis ad hospitale se cōtulit. Nec timuit moꝛi. Nec hoꝛruit pestē. Neq; laboꝛes refugit. Mansit ibi quattuoꝛ mēsibus die noctuq; ministrans egrotis ꝓpter deuz. Ex inde cū pestis cessasset repetijt domū ꝛ quattuoꝛ mēsibus egrotans quasi semper in lectulo iacuit. Adepta ꝟo bona valitudine sensit q; q̄dā dña bartholomea soꝛoꝛ p̄ris ei⁹ ceca ꝛ surda ꝛ in lectulo valitudinaria neminē habebat q illā iuuaret. Adoꝛ ad illā se cōtulit eiq; p plures mēses vsq; ad mortē obsequiosissime ministrauit: nulla fractus nausea nulloq; laboꝛe turbat⁹. Adoꝛ tua illa a deo inspirat⁹ relicto seculo ꝛ oīb⁹ suis bonis pauperib⁹ erogatis habitū religionis minoꝛuz deuotus accēpit in die natiuitatis virginis glorioſe q̄ etiā die natus fuerat ex vtero matris: Anno etatis sue. xx. ante altare maius sancti ffrancisci de senis. Quem habitū sibi dedit frater Joānes ristoꝛij vir sanctus ꝛ in dei fuitio, ꝓbatus. Inde ad locū de colūbaria, de voluntate ꝓlatoꝛ se cōtulit vbi in omni deuotione ꝛ pfectione ac obseruātia regule suū nouiciatū expleuit. ffacta ꝟo pfessione in die. s. natiuitatis virginis oꝛationi ꝛ studio litterarū se dedit. Et cū factus esset sacerdos primā missam in die natiuitatis virginis celebꝛauit. Quia etiā die mādato accepto a generali ministro de penitētia p̄dicanda primū ꝭmonē ad populū habuit. Secundo cōmendaꝫ predicatio sancti Bernardini ꝓpter charitatē. Predicauit eniz ad honoꝛez dei ꝛ salutē animaꝝ. Iste. n. debet eē finis p̄dicatoꝝ verbi dei. Mā q̄ ꝓpter cupiditatē p̄dicant vel vanitatē ꝛ gloriā mundi figuranī per balaā. De q̄bus dicit Petrus in. 2. epistola. Secuti sunt viā balaā ex boso q mercedē iniquitatis amauit: coꝛrectionē vero habuit sue vesanie subiugale mutū. Sup q̄b⁹ ꝟbis dicit Beda. 2. q. 7. c. Secuti. q; multi catholicoꝝ intātū amant mercedē iniqtatis vt etiā docti ab idoctis clerici a laicis merito redarguanī. Qui iure cōparanī ꝓphete q ꝟbis afine ꝺ̄ naturā loquētis coꝛripit: nec tñ a ꝓposito p̄mi operis retardaꝫ Hec ille. Quāuis tñ p̄dicatoꝛes nō debeāt p̄dicare principaliter ꝓpter temporalia habēda. Alias tāq; venditoꝛes boum de tēplo eiciunī. Debet tñ popul⁹ subministrare eis necessaria iuxta illud p̄me ad coꝛ. 9. c. Nō alligabis os bouis triturantis. Unde Hieron⁹. 16. q. 1. c. penul. ait. Apostolicis viris ꝛ euāgelizātib⁹ inecessarijs vsib⁹ nolle tribuere seipsum ꝺdēnare est. Et Aug. in lib. de baptismo paruulorū. Nō ē venale euāgeliū vt ꝑ tpalib⁹ p̄dicet. Qui eniz sic vendūt magnā rē vili vendūt. Accipiāt ergo p̄dicatoꝛes sustētationē necessitatis a pplo mercedē dispē satōis a deo. Nō. n. a pplo reddit q̄si merces illis q sibi i charitate euāgelij seruiūt: sz tāq; stipēdiū daꝫ q̄ vt possint laboꝛare pascanī. ḃ ille. Et Paul⁹. 1. ad coꝛ. 9. c. Quis militat suis stipēdijs vnq;. Et itez. Si nos vobis spūalia seminam⁹ nō magnuz ē si nos carnalia vra metamus. Et itez. Dñs oꝛdinauit his q euāgeliū annunciāt de euāgelio viuere. Dixi hec oia, ꝓpter indiscretionē quoꝛūdā populoꝝ q vellent p̄dicatoꝛes viuere de aere vel vento. Nolo tñ excusare p̄dicatoꝛes cupidos ꝛ auaroꝛes

ambitiosos honorē ⁊ dignitatem. Qui imitari debent sanctū Bernardinū rerū temporalium contemptorē. Nā ⁊ ter vocatus ad episcopalē dignitatē minime acquieuit. Diuitias nō congregauit dicens cū ℙaulo Actuū. 20. c. Argentū aut aurū aut vestē nullius vestrū concupiui. Et licet in omni vita sua verus fuerit paupertatis amator discipulusq; ⁊ filius beati ℙ rācisci. Tamē illud est de ipso notabile inter cetera qđ mediolani ostendit exēplū charitatis nec nō ⁊ cōtemptus pecunie. Dū enim ibi populo diebꝰ plurib⁹ p̄dicasset: illustrissimꝰ dux eiusdē vrbis philippus eidē per fidelē nunciū multaz auri copiā in elemosynaz misit. Nuncius itaq; auri pondere reuerenter assumpto ad cōuentū fratrū festinanter accessit. Et pergens ad cellaz sancti Bernardini aurū sibi ex parte dñi ducis benigne ⁊ reuerentissime p̄sentauit. Ipse vero vir dei hilari vultu gratulantiq; animo p̄dictuz aureū munus ⁊ si in ꝓprios vsus accipe recusaret: charitatis tamē zelo in redemptionez captiuoꝝ ⁊ pauperū vsus misericorditer exhibere decreuit. Accersito igit quodā ꝓbo venerādoq; ciue socioq; vocato sumptaq; ab ipso ciue pecunia ad carceres clā ⁊ incunctanter accessit ⁊ ꝑplurimo inde captiuos redemit reliquaq; partē pauperib⁹ cū magna animi hilaritate distribuit. Sciens autez illustrissimꝰ ille dux que facta fuerant sanctū Bernardinuz mirabiliter cōmendauit. Tertio cōmendat p̄dicatio sancti Bernardini ꝓpter patientiā: fleuit. n. patientissimus in laboribꝰ in infirmitatib⁹ ⁊ in psecutionibus. Et vt de psecutionib⁹ loquar: accusatus fuit tanq; hereticus ab emulis quibusdaz martino quinto. Qui eū ad se venire precepit. Ante ꝙ ꝺ̄ se cōtulisset ad vrbē sonabāt vndiq; falsi rumores de sancto Bernardino. Dicebant enim populi: veniet veniet ille hereticus. Alij cōburet ille hereticus ⁊ similia. Dux vero vrbē intrauit ostendebat digito ⁊ vnus alteri clamando dicebat: hic hic est ille. Ipse vero hec omnia ꝓ deo amore equanimiter tolerabat. Et tandez veritate inspecta ⁊ cōperto clarissime q; nō soluz catholicus fuerit sed etiā fidei catholice dignissimꝰ preco a pontifice gratiose visus ē ⁊ auditus ⁊ cū eius benedictione p̄dicare cepit in vrbe. Tantā ꝙ gratiā deꝰ ori eius ⁊ verbis infudit vt omnis populus cōflueret ad eū audiē duz ac si fuisset angelus dei ⁊ quanto ꝓius nomen eius videbat omnib⁹ odio fuit: tāto postea cunctis virtuosq; serus factū ē venerabile. ℙre dicauit sic multo tempore cū incredibili animaruz fructu: q etiā pdurat vsq; ad ipa nra. ℙassus est ⁊ alias psecutiones: eo q; semp ꝙ virtutes persequit inuidia. Q nōnullis emulis dicebat litteraꝝ ignarus cū tamē in scripturis diuinis fuerit eruditissimꝰ. Alij ꝙ quadraginta sermones duntaxat eū scire assuerabāt. ℙleriq; ꝙ curiosi ⁊ vana eloquentia tumidi ignauuz ineptuz ⁊ impolitū fatebant. Qui tamē in hoc dicendi genere ⁊ in hijs q̄ p̄dicari debent ꝓ salute populoꝝ irreprehensibilis erat. Sed hoc nō videri debet mirū q; sibi homines flagitiosi detraherent: eū semp fuerit hominū maloꝝ cōsuetudo sanam doctrinā spernere ⁊ detestari. Vñ Lactan. lib. 5. diuinaꝝ institutionū de cypria no sic refert. Vnus ℙcipuus ⁊ clarus extitit cypr̄ianus: qui magnā sibi gloriā ex artis oratorie ꝓfessione quesierat ⁊ admodū multa cōscripsit in suo genere mirāda. Erat. n. ingenio sacili copioso suaui ⁊ q̄ sermonis maxima est virtus aperto: vt discernere nequeas vtrū ve ornatior in loquēdo an facilior in explicādo an potentior in psuadendo quisq; fuerit. Hic tamē placere vltraꝝ ba sacramentū ignorātib⁹ nō pōt quoniaz mystica sunt q̄ locutus est ⁊ ad id ꝑparata vt a solis fidelibus audiant. Veniq; a doctis huius seculi qbus forte scripta eius innotuerūt deridari soleꝝ. Audini ego quendā hominē disertū sane q eū imutata vna littera copiosiorē vocaret quasi q elegans ingeniū ⁊ meliorib⁹ rebꝰ aptū ad aniles fabulas cōtulisset. Hec ille. De beato Hieronym. qd referem⁹ q lumē splēdidissimuz ecclesie fuit: ⁊ tamē dentes malignoꝝ nō euasit. Et vt ipse ad nepotianū scribit. ℙer infamiā ⁊ bonā famā xp̄i miles gradit. Nec laude extollit: nec vituperatione frangit. ℙer diē sol nō vrit: eū nec luna p noctē. Impleuit ista sanctus Bernardinus q dum falso sibi multa obicerent: ⁊ quādoq; cōtumelioseꝝ dicerent ꝙ faciē nunq; vultus hilaritatē mutauit: nūq; verbuz protulit iracundie. Sed in omnib⁹ benedicebat deū. Sicut accepti ab hijs q secū familiariter cōuersati sunt.

De sufficiētia ⁊ prudētia atq; stupēda efficatia p̄dicatiōis sancti Bernardini. Cap. .2.

Ecūda excellentia predicatiōnis sancti
s Bernardini dr̄ ꝺdutiōis. Habuit qdē
sua p̄dicatio tres singulares ꝺditiones
ℙrima dicit sufficientia.
Secūda prudentia.
Tertia efficatia.

ℙrima

Prima cōditio fuit sufficientia. Tria. n. requirunt in pdicante: vt populū inducat ad bene beateq; viuendū: fm Augustinū q̄rto libro de doctrina christiana. Primū ē vt doceat. Secundū vt delectet. Tertium vt flectat ⁊ moueat. Et cuz qs ista facit industria artis rhetorice ad honorē dei ⁊ salutē animaz bene est ⁊ laudabile fm eundē Augustinū. Sed cū spiritus scūs vtit lingua pdicatoris vt instrumēto ad ista efficiendū sicut fuit i apostolis q imperiti erāt. Tūc opus illud est gratia gratisdata q̄ dicit gra fmonis ⁊ lingua angelox. Et fmo sapientie dicit in locutione de diuinis. Sermo scientie de humanis: vt de moribꝰ ⁊ vicijs ⁊ virtutibꝰ ⁊ hmōi fm Tho. 22. q. 177. Perfectus autē ista opat gratia q̄z natura vel ars. Sed aliquādo aptitudine naturali in pdicatore existente ⁊ arte rhetorice adiuncta. Aliquādo etiā spirꝰ sanctꝰ operatur plenius istud. s. inductionē auditoruz ad faciendū que predicat. Hominis ergo est se pparare. s. vt benedicat. Deū aūt dirigē linguaz Et vt dicit Augustī. in pfato libro de doctrina christiana. Sapientia sine eloquentia parū pro fuit quo ad populos. Eloquētia sine sapientia multū nocuit. Est eniz vt gladius in manu furiosi. Sapiētia cū eloquētia multū iuuat ⁊ opat Sanctus Bernardinus pdicādo docebat qa ipse vere doctus erat: vt etiaz patet in fmonibꝰ quos ꝓpilauit. Delectabat etiā auditores: adeo vt vniuersaliter oēs verbis suis refocillarētur tanq̄z si sumerent sapidissimum cibū. Jf lectebat insup ⁊ mouebat hominū affectus: vt ostendemus in tertia cōditione. Quare ipse sufficiētissime docuit ⁊ pdicauit. Secūda cōditio pdicatōis sancti Bernardini dicit prudētia. Jf uit eniz prudentissimus ad euitandū omnia illa: a quibus predicatores verbi diuini debent abstinere: que fiunt.

Jf alsitas.
Adulatio.
Jactantia.
Scandalum.
Contentio.
Superfluitas.
Leuitas.
Indiscretio.

Primo abstinere debent pdicatores a falsitate. Nō. n. sunt assumenda aliqua falsa, p qua cunq̄z vtilitate que posset inde sequi: qz sic veritas fidei redderet suspecta. Argu. di. 9. ca. Si ad scripturas. Jdeo Aug. ait. 22. q. 2. c. Primuz. Ad salutē nō dz qs puenire opitulāte mēdacio. Et idē ptractans illud Apostoli pmi ad corinthios. 15. c. Inuenimur falsi testes. Per horrendum inquit est aliqd falsē de deo dicere: etiā si ad laudē eius ptinere videat. Nō. n. minore sed maiore forassis scelere in deo laudat falsitas: q̄z vituperet veritas. Et idē in libro de mendacio. Mendaciū maxime pnciosum est qō fit in bijs q̄ ad religionē christianā ptinent. Jdeo doctores tenēt q· sigs nō ex lapsu lingue sed ex industria diceret mendaciū in pdicando mortaliter peccaret nec excusaret si hoc faceret causa cōuertendi animas ad deū: qz vt ait Apostolus. Deus nō egct nostro mendacio. Tempore meo inuenti sunt aliqui fingentes ⁊ predicantes miracula falsa: visiones excogitatas. Prophetias determinatas fm suuz sensum et alia huiusmodi q tamē euanuerunt in cogitationibus suis. Nōnulli vo vt ignorātibꝰ sapictes apparerent falsas allegationes ad suū ꝓpositu indurerunt. Vsi duz quidā amicus meꝰ pdicaret neapoli: inducere voluit ad robur ⁊ confirmationez cuiusdā sui dicti sententiā cōmētatoris q tū forte nec in aliquo cōmento dictuz illud tangebat ⁊ dū falso allegasset cōmentatorez. p de anima. Tertio de anima. Secūdo phisicox Tertio methaphisice ⁊ huiusmodi. Tādē multiplicando vba dixit. Et hoc idē confirmat cōmētator. 1. ethicorū. 3. ethicox. 7. ethitox. q tū de ethicis nō se intromisit. Ille idē fecerat sibi quandā cathenā doctorū ⁊ falso illos inducebat dicens. Et hoc refert Aug. li. 2. de ciui. dei. et 3. de trinitate. ⁊ in Encheridion ⁊ huiusmodi. Jta q· apud imperitos videbat homo mirabilis: sed apud doctos ignarus ⁊ mendacijs plenus. Secūdo pdicatores abstinere debent ab adulatione ne. s. laudet populū in qbus reprehensibilis est qō est pessimū. Vel etiam de temporalibꝰ magnificentijs nisi forte hoc secūduz fiat temperate vt melius ferant correctionē durā imediate sequendā. Adulari eniz peccatoribus est graue peccatū: vt patet. 46. di. c. Sūt nōnulli. Et clericus adulationi fuiens degradari debet eadē di. c. Clericus. Et nihil est miserius eo qui adulationibꝰ delectat: vt dicit. 83. di. c. Nihil illo pastor. Et vtilius est peccantez seuere corrigere q̄z adulādo palpare. 5. q. 5. ca. Nō omnis. Et vtilius est ⁊ melius pro veritate pati supplicū: q̄z pro adulatione bñficū. 11. q. 3. c. Nemo. Et adulatio ꝓhibet. L. Siquis aliquē testari ꝓhibuerit. Et est adulatio sermo

r

prolatus vt placeat. Tertio debēt p̄dicatores cauere a tactantia. Sunt. n. quidā qui semp de se bene dicunt ꝛ alios cōtemnūt: de quibus Gregoriꝰ ait. 46. di. c. I. habet hoc proprīū doctrina arrogātiū vt nesciāt humiliter docere qō scīūt. Quarto debēt p̄dicatores cauere a scādalis p̄latorum ꝛ alioꝝ maioꝝ vt nō dicant irrationabil'r eoꝝ vitia. vñ sequtur q̄ nec illi emēdant nec populi ꝓpter edificant aut meliores fiūt. Et precipue caute agendū cū loquūtur p̄dicatores de clericis: qz vt scribitur extra de immunitate eccl'iaꝝ. c. Clericis. Clericis laicos infestos oppido. i. valde. fm glo. tradit antiqtas Idem. 2. q. 7. c. Laicos. ꝛ. c. Laici. Quinto debēt p̄dicatores p̄udentes cauere a cōtentionib⁹ cū alijs p̄dicatoribus. vñ Apl's p̄me ad timotheū. 3. c. ait. Noli cōtendere ꝟbis ad nil. n. vtile ē nisi ad subuersionez audientium. Nec er hoc q̄ alius habeat maiorē cōcursum q̄ scit ēt minus sciēs p̄dicator: idignatiōem ostēdat. Nam ꝛ xp̄us idignatus nō fuit q̄ altiqua do ioannes baptista fuerit i maiori opiniōe populi q̄ ip̄e. Si aūt audit aliū p̄dicatorem dicere aliqua q̄ nō sūt reprobata nec ꝯ fidem vel bonos mores sed dubia q̄uis ip̄e nō sit illi⁹ opinionis sufficit sibi dicere opinionē suā cuz suis rōmibus ꝛ nō ipugnet alium odiose qz hoc ē intrare cōtentiōes ꝛ scandalizare populos. Si ēt audit p̄dicatorē alium dixisse contra fidē ꝛ bonos mores vel determinata per eccl'iam nō credat faciliter nisi audiat a fidedignis. Et tūc corrigat eū fraternal'r ꝛ retractet. Q̄ō si ille nolue rit facere tūc publice p̄dicandū ꝯ ip̄m. Si autē p̄dicator ipse admonitus errauit dz patiēter audire ꝛ se corrigere dictaq̄ sua erronea emēdare. Sexto p̄dicatores p̄udentes debēt abstinere a supfluitate ꝛ nimia plixitate: qz vt puerbio. dicit. Saudēt breuitate modernt. ff. quod metus cā. l. I. Et. C. de appellatōib⁹. l. Ampliorē. §. In refutatoriis. Et. C. de p̄cibus imperatori offerēdis. l. Simili. vnde Gregorius. i homelia ait. Alimēta que minus sufficiūt auidius sumūtur. Septimo abstinere debēt p̄dicatores a leuitate ne dicāt ꝟba ociosa ꝛ fabulas ad puocandū risum. Et si aliq̄n opus ē facere pp'm attentū cū aliqua modesta facecia temperate fiat ꝛ raro. Nō sit ēt leuis p̄dicator ad se rendā sniam de quolibz actu q̄ sit peccatū mortale. Et in oībus vtatur grauitate sicut bos laps⁹ qui fortiter figit pedē. Octauo abstinere debēt p̄dicatores ab idiscretōe. Nam qdā iter mulierculas de subtilitatibus theologie p̄dicant. Alij doctis ꝛ sapientibus viris fabulas narrāt. Nōnulli i p̄cipuis ꝛ maximis iesu xp̄i ꝛ ꝟginis matris aliozūq̄ scōrum solēnitatib⁹ de ludo alee de blasfemia de vsura ꝛ similib⁹ p̄dicant. Nihil de copiosa materia festiuitatū occurrente tangentes. Heu nō possū non accusare quēdam q̄ in die natiuitatis iesu xp̄i in ciuitate neritonēsi de sodomia totū sermonem contexuit: cū tamē miranda occurrant de natiuitate xp̄i ioīda. Plericq̄ ēt dum contra vitia iuehunt oi honestate demissa talia loquuntur ꝛ dicūt qualia ēt in ore lenonū turpissima viderent Alij nolūt audire ꝟba sancti francisci q̄ sic i regula fratrum minoꝝ scissime rettulit. Moneo quoq̄ ꝛ exhortor eosdem frēs meos in domio iesu xp̄o vt in p̄dicatōe quam faciūt fint examinata ꝛ casta eoꝝ eloga ad vtilitatem ꝛ edificationem populi. Annūciando vitia ꝛ ꝟrutes: penā ꝛ gl'iam cū breuitate sermonis. In oibus p̄dictis prudentissimus fuit pre ceteris p̄dicatoribus hoꝝ tempoꝝ dur ille ꝟbi sanctus Bernardinus. Nam semp recte icessit p̄dicanitq̄ veritatem sine falsitate sine fictionib⁹ sine adulatōe: cum honore ꝛ reuerentia p̄latorum ꝛ totius cleri: cū humilitate in ꝟbis ꝛ factis: cū patientia ad contentiones vitandas cū mensura ꝛ mō: cū grauitate ꝛ discretione multa adeo q̄ exceptis emulis eius sermo gratus dulcis ꝛ delectabilis fuit oibus doctis pariter ꝛ idoctis viris ꝛ mulieribus cūctisq̄ generibus hoium: ꝓut omnis italia clare firmiterq̄ testat. Tertia condtio p̄dicatōis sci bernardini dī efficacia Predicauit. n. cū admirabili aiaꝝ ū fructu adeo q̄ oēs italie ciuitates ꝛ maiores ꝛ mediocres ꝛ minores, p maiore pte sua doctrina reduxit ad xp̄m. Ipse peccatores conuertit. Ipse vsuras extinxit. Ipse multos habitū religionis induit Ipse fratū de obseruātia loca ꝛ monasteria cōstrui fecit. Ip̄e discordantes ad pacem reduxit Ipse ad festa colēda populos traxit. Ipse deniq̄ cunctos mares ac mulieres vt deū timerent amarent allexit. Testant hec oia p̄clarissime in cliteq̄ italie vrbes. Roma: sena: perusia: florētia: bononia: ferraria: venetia: padua: verona: vincentia: brixia: mediolanum: ianua: ꝛ alie ꝙplures. In q̄bus ita efficaciter seminauit ꝟba vite vt vsq̄ in p̄item diē adhuc gustent fructus p̄dicationū suaꝝ. Quinimo ꝛ fiq̄ post ip̄z in officio p̄dicādi clari sūt habuti vt frēs Joannes de capistrano. Jacobus ō marchia: Mattheus

theus de sicilia: Antonius de botonto: Andreas de scō geminio: Joānes de prato: Jacob⁹ de donzellis de bononia: Herculan⁹ de pusio Franciscus de treuio: Siluester de senis: Antonius de arimino: Michael de mediolano: Bartholomeus de ayano: Anton⁹ de vercellis: Seraphinus de gaieta: Cherubin⁹ de spoleto: Franciscus de spoleto: Hieronymus de florentia. Dñicus de gonessa: Jacob⁹ d gallio oēs frēs minores i hoc genere dicēdi famosissimi t qcūq; alij ēt de alijs ordinibus mēdicanti um ꝑ maiori pte conati sūt imitari modū t regulā atq; stilum ipsius sci bernardini. Adhuc t multa ex hijs sermones illius populis ꝓnunciarūt q fructus vberrimos ꝓduxerūt. Ego ēt q de bernardino t si icomposite tamen nō sine deuotōe pcipua ista referro omnē italiā lustraui pdicauiq; q̄draginta annis euangelium iesu xpi bernardinū habui in stilo ꝓnūciandi necnō t scribendi patrē t ꝑceptorē. Et lz illum nō viderim legi tamen ꝓmones amentissimos quos cōpilauit. Predicaui t illos quandoq; lz postmodū alias ego cōfecerim. Quod vtiq; nō ex ꝑsumptōe: sz charitate ac necessitate temporum volui tentare. Nam t ꝓpter studia humanitatis gbus iā cōpleta ē omnis italia t ꝓpter viroruu doctissimoꝝ in qualibz facultate copiaz ac ēt ꝓpter subtilitatē pplorum q quodāmodo ꝓpter multaꝝ predicationū frequentiam effecti sūt curiosi consulte visuz ē mihi agere vt sermōes illos contererem. Quare vt ꝓtem istā expediā concludo q sanct⁹ Bernardin⁹ fructuosissime predicauit.

Qualr deus honorauit scm bernardinuz in miraculis in canonizatōe: t in gloria beata.

Cap. .3.

Certua excellentia pdicatōis sci bernardini dr honoratōis. voluit. n. deus honorare illū triplici honore.

Prim⁹ dr miraculose rutilatōis.

Scōs solēnis canonizatōis.

Tertius supne glorificationis.

Primus honor fuit miraculoꝝ rutilantiuz Multa eqdem miracula visa sūt de sancto isto. Nam eo mortuo i vigilia ascensionis iesu xpi dum frēs eius socij in aq̄lano cōuentu corpore in cellula cū luminarib⁹ solo dimisso iceder̄t vt capsa celeriter fieret i qua corpus illud recondi tū senas trāsportarent. Quidā adolescēs paralitis nomine per multos annos claudus qui nec rectus icedere poterat sed manib⁹ reptādo ibat: cuius genua carnosa dura erant t tumida a spiritu sancto inspiratus sic reptando vt potuit ad corpus sancti bernardini peruenit t deuotione iflāmatus tetigit faciem eius: t inde genua sua cum fide infusa mirabili commendans se' sancto viro. Mox in pedes surrexit sanus t liber t currendo cum lachrymis t clamoribus exultationis ad eccliam ꝓperauit. Sentiunt omnes voces: vident liberum quem viderant vsu ambulandi priuatum. Mirantur gratias retulerunt omnipotenti deo t sancto bernardino. cō mouetur ciuitas tota t fit concursus virorum ac mulierum. Ciues vero corpus ad ecclesiam cum hymnis t laudibus t amatorum custodia deferri faciunt: socijs atq; sancti referunt ne thesaurum ipsis a deo datum ide amouere presumant. Vidi ego illum paralem t secum locutus sum qui retulit omnia que narrata sūt. Eodem die iuuencula quedam nomine partia que membris pluribus in lecto iacuerat nec per seipsam poterat amb ulare: patiebatur etiam vulnera quedam que fistule dicuntur a medicicis: audiens sanatam paralem suppliciter expostulauit ad corpus sancti deferri. Quo cum perue nisset orationeq; facta incolumis redijt domuz non solum restituta viribus corporis sed etiam codez instanti a fistulis perfecte sanata. Hanc ergo allocutus sum t parentes ac vicinos eius qui omnes affirmarūt sic eē vt expostuz ē. Sicilia de spoleto vxor nobilis viri franciscī nō valens se mouere delecto cum sic per plures annos molestata fuisset: deducta ad corpus sancti bernardini restituta est optime sanitati. Et hec omnia retulerunt multi spoletini etiam t ipsa que prima erat in ecclesia maiore dum ibi vna quadragesima predicaui. Alia mulier de populo que annis triginta septem omni vsu ambulādi priuata extiterat ducta ad corpus sancti bernardini mox sanitatem adepta est. Hanc ego vidi sanam t robustam ac si nullum antea malum passa fuisset. Sunt t alia istius sancti miracula mlta vsq; in hodiernū diem. Ad sacr cuius tumulum frequenter, membra languentū modo sanitati: quolibet fuerint grauata restituuntur. Secundus honor quo deus honorauit sanctum bernardinum dicitur solemnis canonizationis. Fuit equidem canonizatus cum multa solemnitate t magnificentia pre ceteris quos vidimus canonizari. Nam tempore meo: eugenius quartus canonizauit sanctum Nicolaum de tolentino. Ca-

sixtus tertius sanctum vincentium ⁊ sanctum ofimundum. Pius secundus sanctam catherinam de senis. Sixtus quartus sanctam bonauenturam. Et nicolaus qntus sanctum bernardinum. Sz in canonizatione istius multa concurrerūt sacientia ad gl'iam eius: vz annus iubileus quo ex omnibus xp̄ianoruz partib⁹ multitudo maxima confluebat ad vrbem. Et dies pentecostes festum vtiqz solēnissimum. Et generale capitulum fratrum minoꝝ in quo cōuenerūt vltra quinqz milia fratrū. Et ego de ipso post canonizatōem sermonem ad populuz habui in quo concurrerūt multa milia viroruz ac mulieꝝ. Tertius honor quo deus honorare voluit sanctum bernardinuz dicitur supne glorificationis. In celesti nāqz patria vltra eēntiale premiuz coronatur aureola que debetur doctorib⁹ de qua diximus in opere de laudib⁹ sanctorum in sermōe de sancto petro martyre. Dicere itaqz possumus illud psalmiste. Magna ē gloria eius: magna vtiqz in eccl'ia militāte maior in ecclesia triūphante. Quare conueniēter de ip̄o referre possum⁹ quod de paulo p̄mo heremita in sua vita Hieronymus scribit. Si mihi iquit lectionem optione dominus dignaret concedere magis eligerem tunicam pauli cum meritis eius ita ⁊ sancti bernardini q̄z regum purpuras cuz gēmis suis. Deprecēmur ergo deum celi vt per merita tanti sancti dignos efficiat nos sua grati. Et tandem ad vitam pducat eternam. Amen.

In festo annunciationis virginis gloriose. Sermo quinquagesimusquintus.

Ingressus angelus ad eaz dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus. Scribunt̄ hec cVba Luce. 1. c. ⁊ in euāgelio p̄sētis solēnitatis. Cogimur hodierna die ex gratitudinis debito piissimā virginē genitricem dei qbus possumus extollere laudibus. Ipsa nāqz pacē attulit mūdo quā perdiderat iobedientia ꝓthoplaustroꝝ humanūqz genus suo reconciliauit actori. In vtero eteni suo sacratissimo virginali deus pro nobis factus homo nostrā assumēdo naturam inueteratam per tot annoꝝ milia iram d̄posuit Et vt inquit Aug. in sermone qui legitur in vigilia epiphanie. Sola hec Vgo singularez gratiam sūme diuinitatis accepit. Soli donatuz ē vt in illa ⁊ de illa rerum oīum creator misericorditer crearetur. Institutor feminaꝝ sine semine conciperetur ⁊ deus sine initio natus initialiter nasceretur. Hec ille. Cum ergo tot inaudita miracula in annūciatione eius sint celebrata cuius festum colitur hodie a cūctis fidelibus equū esse arbitratus sum in p̄senti sermone de ipsa Vginis gloriose annunciatōe aliqua dicere. De qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dicit̄ angelice missionis.
Scd̄m angelice apparitionis.
Tertium angelice salutationis.

Quare ad Vginem missus ē āgelus ⁊ quo tempore ⁊ ad quem locuz. Et in quo actu erat tunc beatissima virgo. s. actionis vel contemplationis.

Cap̄. .I.

Primū mysterium contemplanduz de annunciatōe Vginis benedicte dicit̄ angelice missiōis. In quo d̄ missione illa quatuor sūt consideranda.

Primū ē congruitas.
Scd̄m temporalitas.
Tertiū localitas.
Quartum actualitas.

Primū quod ē considerandū dicit̄ cōgruitas. vbi queritur. An congrue fuit angelus ad Vginē missus. Et dimissis rōnibus illis quas enarrauimus in sermone de annūciatiōe i opere de laudibus sanctorum: adhuc superaddemus tres alias quas ponit Albertus magn⁹ in opere quod composuit super missus est.

Prima rō dicit̄ reqsitionis.
Scd̄a augmētatōis.
Tertia illuminationis.

Prima rō quare cōgrue ad Vginē missus ē angelus dicitur reqsitōis: vt. s. reqreret̄ ei⁹ cōsensus. Nā in mysterio icarnatiōis quoddam matrimoniū spūale factum ē inter deū ⁊ hūanā nām. Vnde Greg. in homelia exponēs illud qd̄ xp̄s dixit Mathei. 22. c. Simile ē regnū celoꝝ homini regi qui fecit nuptias filio suo ait. Deus pater filio suo tūc nuptias fecit qñ ipsuz nāe humane cōiūxit. Hec ille. Hec autē natura erat a Vgine assumēda. Iō in isto sūmo matrimonio cōsensus Vginis tanq̄z spōse fiende reqrēdus erat. Nā vt scribit̄ extra d̄ spōsalib⁹ i. c. Tua nos. Sine cōsensu cetera nequūt sedus pficere coniugale. Et iō decuit mitti q hoc annūciaret ac reqreret cōsensū Vginis. Vnde

in figuram

in figuraz huius scribit Beñ. 24. q, procurator abrahā beliezer missus ab abrahā qui interpretatur pater multaz gentiū de terra pmissionis ad procurandā vroꝛē seu desponsandā filio suo in arā rebeccaz pulcherrimā ỽginē ⁊ incognitaz viro ad aquarū fontē repertā subito eā i spōsam Isaac disposuit assumere. ℔rius tamē q̄z hoc faceret q̄situs est assensus eius quez exprimens clare facta sponsa. Iste, procurator fuit archangelus gabriel missus a deo patre de terra pmissionis. s. celesti patria. Vt. n. dicit in glo. in. c. ℔procurator. de, procuratoꝛib⁹ lib. 6. Matrimoniū cōtrahi pōt per, procuratoꝛē. Vt patet. 33. q. 2. c. Honoranť. Extra de cōuersione cōiugatoꝛū. c. Ex parte. Extra q clerici vel vouētes. c. Veniens. ff. de sponsalib⁹. l. Sufficit. ⁊ l. vlti. Et. ff. de ritu nuptiaz. l. Mulierē. Omnes enim cōtractus q̄ cōsensu cōtrahunť iter absentes cōtrahunť. ff. de cōtrahenda emptio. l. i. §. Est aūt. Et si obiceret q̄ in matrimonio cōtrahendo debet esse cōsensus cordis ⁊ oris: vt probať in. c. I. extra de sponsa. duoꝛ. Respondetur q̄ satis dicť oꝛe cōsentire q per, procuratoꝛez cōsentit. De regulis iuris. c. Qui p aliū. ff. de regulis iuris. l. Nō iussu alterius. Veniēs ergo angelus in mūdū inuenit p̄ ceteris ỽginē pulcherrimā mēte ⁊ corpoꝛe ad fontē aquaruz viuentiū gratiaz ⁊ diuinoꝛ eloquioꝛ q̄ etiā sua liberalitate ipsi angelo nūcio desponsatiōis fitiē ti salutē humanā ⁊ camelis ei⁹. i. hominibus q ab angelis dirigebanť ⁊ custodiebanť potū dedit satisfaciēs desiderio angeli cū nūciasset aduētus sui cām ⁊ missionis: vt. s. eā desponsaret filio dei cū cōsensit dicēs. Ecce ancilla dñi tē. et tūc cōtractū est matrimoniū. Et ỽbū caro factū est. Secūda ratio q̄re cōgrue ad ỽginē missus est angelus dicť augmētationis: vt. s. eius meritū augmentareť: ⁊ hoc in credēdo nuncio. Cū. n. aliqd nunciať credēdū quāto illud ē magis arduū ⁊ longe ab humana opatione vel ab vsu nature tāto magis qs mereť assentiēdo ad credēdū. Et qz maxime arduū ⁊ inusitatuz erat virginē cōcipere ⁊ deū hominē fieri. Ideo assentiens huic rei sibi nūciate augebať ⁊ meritū. ℔propterea ingt Leo papa in ſmone de natiuitate xp̄i. Virgo regia dauitice stirpis eligitur q̄ sacro grauidanda fetu diuinā humanāq; plem prius cōciperet mente q̄z corpoꝛe. Et ne superni ignara cōsilij ad inusitatos paueret affatus: qō in ea operandū erat a spiritu sancto: collogo discit angelico. Hec ille. Secūdo augmentatū est ỽginis meritū in assentiendo nūcio cuz ait. Fiat mihi ſm verbū tuuz. Stabat tota celestis curia expectās rūsum suū. Clamabāt oēs p̄es in lymbo illud Esaie. 45. Rozate celi desuper ⁊ nubes pluant tustuz. Aperiať terra ⁊ germinet saluatoꝛē. Aperiať. s. terra ỽginalis i corde p cōsensum in corpoꝛe p vocale ỽbū dicens Fiat mihi ſm ỽbū tuū: ⁊ germinabit saluatoꝛē xp̄m. Tertio augmentatū est meritu virginis deo se tota humiliādo cū dixit. Ecce ancilla dñi nō mater vel filia aut sponsa sed ancilla. Tertia ratio quare cōgrue ad ỽginē missus est angelus dicť illuminationis vt intus ⁊ extra illuminareť. Fuit. n. illuminata in potentijs sensituis p allocutionē ⁊ visionē angeli. Si. n. Angelus apparens pastoꝛib⁹ cū magna claritate se illis ostendit ad annunciādū xp̄m natū: multo magis credēdū est apparuisse cū magno splendoꝛe ỽginī q̄ eū paritura erat. Nō luce q̄ oculos offenderet vt offendiť aspiciens in sperā solis: sz luce reficiente visum ⁊ oēs sensus. Illuminata est in potētijs medijs. s. imaginatiuis ⁊ cogitatiuis: circa quas multū operať ministeriuz angeloꝛ in purgādo fantasmata ⁊ suggerendo bonas imaginatiōes. Quas aūt cogitationes sanctissimas q̄z altissimas: q̄z feruidas erga diuina haberet ipsa sola nouit: nobis autē incognita sunt. Quantū autē ad vltimas potētias. s. intellectū ⁊ voluntatē p inspiratiōnē de⁹ operabať q solus in voluntate operať, et anime illabiť. Vñ dicit Albertus. De⁹ est in hac missione negocij inventoꝛ p seipsum salutatōis dictatoꝛ intelligentie inspiratoꝛ ⁊ mētis ad cōsensum prouocatoꝛ modi executiōis expositoꝛ: vñ angelus regitus de mō trāsmisit eā ad spiritus sanctū dicens. Spiritus sanctus supueniet i te q. s. modū docebit ⁊ ꝑuabit: vñ nihil in ℔ ab angelo illuminatiōis accepit sz a deo. Secundū qō est considerandū de missione angeli dicitur temporalitas. Quo. s. tempoꝛe facta fuit missio illa. Et hoc triplici respectu.

℔primo respectu anni.
Secūdo respectu mensis.
Tertio respectu diei.

℔primo videndū est quoto anno ab initio mūdi missus fuit ad ỽginē angelus ⁊ ỽbuz caro factū est. Et ſm Bedā ⁊ septuaginta interpretes. Ab initio mūdi vsq; ad incarnatiouem xp̄i fluxerūt anni q̄nquemilia nonagintanouē. Ita q̄ in sexto millenario incarnatus est xp̄s: vt sic die sexta in creatione mūdi formatus fuit hō q

lapsus est: vt in sexto millenario formaret hō q̄ hominē lapsum releuaret. Secundo videndum est: quo mense angelus venit ad virginē Et sancta tenet ecclesia q̄ de mense marcij qui erat sextus mensis a cōceptione Joānis baptiste: vt dicit Luce. 6. c. Et apte in sexto mense a Joānis cōceptu dicit missus angelus ad nunciandū xp̄i incarnationē. Quia lex ⁊ pphete. i. vetus testamentū vsq̄ ad Joānē ꝓtinent gnēs mundi etates. ¶Prima ab adā vsq̄ noe. Secūda a noe vsq̄ ad abrahā. Tertiā ab abraham vsq̄ ad Dauid. Quartā a Dauid vsq̄ ad trās migrationē babylonis. Quintā a transmigratione babylonis vsq̄ ad christū in quo inchoat sexta etas: cuius finē dēs nouit. Est autē senarius numerus pfectus significans pfectionem gratie quā christus adduxit. Mensis aūt marcij est tempus veris quo terra ficca ⁊ indecora propter frigus reuiuiscit in herbis flozet in arboribus letat autū cōcentu abundat in humoribus. Et q̄ per incarnationē xp̄i renouatio fienda erat in humano genere q̄ olim propter frigus peccati erat aridū gratia indecoruz ga sine virtutibus: reuiguit in bonis cogitationib⁹: reflozuit in sanctis affectionib⁹: augmentatuz est in sanctis doctrinis: letatū ex premijs: iō apte hō mense angelus missus est. Tertio videndū est de die qua angelus missus est. Et cōmuniter tenet q̄ fuerit. 25. dies marcij ⁊ feria sexta. In qua ſm ſ Franciscū de maronis in sermone de annunciatione multa referunt solemnia facta. Et primū q̄ adā fuit de lymo terre formatus. Secundū q̄ eua fuit de eius costa educta. Tertiū q̄ primus martyr ⁊ virgo abel fuit cozonatus ſm Augu. quia tali die fuit a fratre pertus. Quartū q̄ melchisedech panē ⁊ vinū obtulit in sacrificiū in figura dñi nostri iesu christi q̄ factus est sacerdos in eternū ſm ordinē melchisedech. Quintū q̄ abrahā voluit imolare filium suū, ppter diuinū pceptū pficiendū. Sextuz q̄ beatus Joānes baptista ista die fuit natus vt p̄z q̄ semp currit eadē die eius natiuitas ⁊ Vginis annunciatio. Septimū q̄ tali die beatus petrus fuit a vinculis absolutus. Octauuz q̄ beatus Jacobus fuit ab herode interfectus Nonū q̄ christus fuit passus ꝓ redemptione humani generis. Decimū q̄ fuit a magis in p̄sepio adoratus. Undecimū q̄ latro ad misericordiā fuit receptus. Duodecimū q̄ angel⁹ ad virginē missus. De hora Vo qua angelus ad virginē missus est licet sit nobis incerta: tamē ſm Albertū cōuenientioz videt fuisse i ortu solis. Dicit enim q̄ circūstātie nūciātis debēt exprimere proprietatē nūciati ſm Dionysiū: cuz annūciet angelus iste ipsam incarnationē cum ꝓprietatib⁹ suis. Illa autez sic ortus veri solis sup terrā illuminantis omnē hominē veniētez in hunc mundū: qō tempus. ſ. mane est unituz diei sine p̄iudicio credi pōt q̄ hec annūciatio sit facta in ortu diei. Ad qō facit q̄ opus creatōis cepit a luce: vt dicit genesis ꝑmo cū dixit deus: fiat lux: qō videt fuisse in principio diei artificialis. Ergo multofortius opus recreationis qō est nobilibus. In incarnatione enīz icipit dies gratie. Omnis autē dies artificialis icipit a luce qui. ſ. est ab ortu solis vsq̄ ad occasum super nostrū emisperiū. Dies etiā naturalis q̄ est vigintiquattuoz horarā cōprehendens noctē i veteri testamēto inchoabat a luce. ſ. in mane. Et ideo dicens fuit q̄ recreatio que est ꝓ gratiā inchoaret a luce. Qō autē dicit Sapientie. 18. c. Dum medū silentū tenerent omnia ⁊ nox i suo cursu mediū iter haberet omnipotens ſmo tuus domine. i. filius a regalib⁹ sedibus venit: ergo videt q̄ annūciatio ista facta fuerit media nocte. Respondet albertus q̄ nō itēdit sapiēs ibi notare tp̄s seu horā incarnationis: sed statū eozū qbus venit q̄ omnes vna cathena tenebraruz errozū ⁊ viciozū erāt cōpediti. angelus autē magis debuit nūciare ⁊ ex hora nūciationis designare ꝓprietatē ⁊ effectū incarnationis. ſ. initiuz seu ortū veri solis potius q̄z statū eoz qbus ortus est. Nec etiā in vespere. i. sero debuit nūciare significans finē seculi. i. sextā etatē i qua incarnatus est q̄ tempus nō nūciabat incarnationis. Jam. n. illud fuerat nūciatū ꝓ gabrielē danieli. ſ. ipsam tūc fiendā incarnationez. Si aūt diceret q̄ cōuenientioz videt hora i meridie ex eo q̄ abrahe stanti i ostio tabernaculi i feruore diei. i. in meridie apparuerūt angeli nūciantes cōceptū Jsaac q̄ fuit figura xp̄i. Illa etiā hora. ſ. nona xp̄s expirauit i cruce ꝓ eui⁹ mortem redēpti ⁊ illuminati sum⁹. In meridie etiā sole existēte in altissimo poli maximū calozē generat sup terrā. Maximū autē calozē sue dilectionis ostēdit de⁹ mittēdo filiū suū in mundū. Ergo illa debuit potius nunciari. Rñdet albertus q̄ abrahā designat feruentē affectuz patruz antiquoz quē habebāt ad istā incarnationē fiēdaz. Sz angelus nō ad hoc missus fuerat nunciare idest desideriuz patruz ſz implectionē ⁊ initium illuminationis. Quod autē hora passiōis

fuerit

fuerit meridies facit ad ꝓpositū videlicet: qz sic̄ sole mundi materiali ad occasum tendēte ꝯgrue bat verum solez christū mundū relinquere quo ad vsum vite humane. Ita ꝯgruebat q̄ sole materiali oriente .s. in principio diei simul oriretur ab intra verus sol iusticie christus deus noster p̄ incarnationē. Et licet in opere redemptiōis charitas monstrarer in summo. Opus tamē incarnationis sine passione nō fuit opus redemptionis. vñ ly incarnatio magis in se cēt q̄s passio: tamē magis monstrata est charitas i passione. Ergo nō fuit summū qđ recepit augmētū. Vñ charitati ostense in incarnatione facta ē addita per modum demonstrationē exteriorē in passione per quaz charitas vltima est in ostensionis pfectione. Et ideo in meridie passio magis q̄s incarnatio cōgruit fieri. Hec Albertus. Sz frā/ciscus de maronis in sermone de annūciatione virginis opinādo dicit: q̄ āgelus apparuit virgini hora cōpletorij colloquēs cū ea vsq̄z ad mediaz noctez qz in fine Vbor eius virgo p̄buit assensum: ob qđ illa hora virgo cōsueuit pulsantibus cāpanis p̄o sino a fidelibus salutari que hora cōgruit mysterio incarnatiōis secretissimo qz media nocte omnia silent. Tertiū qđ est cōsiderandū de missione angeli dicit localitas: ad quē. s. locū angelus missus est. t hoc tripliciter ¶Primo q̄tū ad p̄uinciam.

Secundo q̄tū ad ciuitatem.

Tertio q̄tum ad habitaculum.

¶Primo q̄tū ad, puinciā Lucas dicit illā fuisse galileā. In qua cōuenienter facta est annunciatio christi s̄m Albertū t ꝓpter factuz qđ fiebat t ꝓpter finē per quē fiebat. Incarnat⁹. n. fuit dns vt iudeos t gentiles saluaret. ¶Propterea in regione q̄ ab vtriusq̄z habitabat annūciari t cōcipi voluit. Qđ autē in galilea habitarēt gentiles t iudei patet p̄ illud Esaie. 9. c. ¶Primo tpe alleuiata est terra zabulon tc. trāsiordanez galilee gentiū. vbi dicit Ma. de li. q̄ rex salomon vt scribit. 3. reg. 9. c. dedit hayrā regi tyri q erat gētilis. xx. oppida in galilea. Albertus Vo dicit: q̄ ductis iudeis i captiuitatē i niniuē missi sunt a rege multi gentules ad habitandum in galilea t sic mixti erāt gētiles cū iudeis q remāserāt. Et sic in regione cōi cōcipi voluit q̄ p oīb⁹ natus est. Ma cōeniz iudeoꝝ de⁹ tm̄ s̄z gētiliuz. Itē regio illa suo noīe ꝓpriissime expressit. Galilea. n. iterpretatur reuelatio seu trāsmigratio. In hac aūt nūciatione fiebat summa secretoꝝ t reuelatio q̄ver buz qđ erat in principio apud deū t lucē habitat inaccessibilē caro factū est. Et vidit omnis caro salutare dei nostri: q̄ libz aperuit t soluit fignacula oia t quecūq̄z audiuit a patre nota fecit nobis. Similiter t hic fiebat trāsmigratio maxia qz de ignorantia in scientiā: de culpa ad gratiaz de vmbra in veritatē: de austeritate in benignitatez: de seruitute in libertatē: de timore i amorez: de grauitate in leuitatē. Et diuinitas trāsmigrauit in humanitatē q̄ maxima trāsmigratio fuit: qz in ea primū ad vltimū transmigrauit in vnā p̄sonā. Nec obstat si dicat q̄ iudeis xp̄s ꝓmissus est. Ergo ibi in iudea cōcipi debuit. falsuz eniz h̄ est qz t gentib⁹ vt p̄z p̄ ꝓphetas p̄cipue Esaiā. Sed bene ꝓmissum est q̄ de coruz semine xp̄s nasceret qđ eis solutū est. Et sic salus ex iudeis est originaliter: s̄z nō, ꝓpter eos.

Secūdo q̄tū ad ciuitatē clarū est qz nūciatus est in ciuitate nazareth qđ etiā nō vacat a mysterio: qz interpretat flos. Sicut autē diuine generationi ita t humane assimilat generatio floris de flore. Nam flos. n. pullulat de vno t in decore ē cū spe vtilitatis in fructu. Similiter s̄m diuinā generationē ꝓcedit filius de vno. s. p̄re q̄ est in celis sine matre. Et s̄m generationē humanā de vna. s. matre in terris sine patre. vñ ipse sponsus ecclesie aīt in cāticis. ergo flos cāpi. Bene ergo in nazareth cōceptus fuit q̄ sicut flos de flore sine mixtione de vna mre saluo virginitatis: decore t matris vtilitate ꝓcessit. Tertio q̄tuz ad habitaculū missus fuit angelus ad domū vbi habitabat beata maria. dicit. n. Lucas. Ingressus angel⁹ ad eā. s. in ostiū dom⁹ sue. Sed videt q̄ ista annūciatio p̄ri⁹ debuit fieri i tēplo Quia dignior opatio fieri dz i dignior loco. Vñ oro q̄ est op⁹ valde dignū qz cū oram⁹ loqmur cū deo fit cōiter in tēplo. Vñ t xp̄s dixit Math. 21. Scriptū est: dom⁹ mea dom⁹ oro/nis vocabit. Sz ista annunciatio t ꝓceptio xp̄i fuit dignissima opatio. Ergo fieri debuit in tēplo. Cōceptio etiā Joh. bapti. fuit nūciata i tēplo vt p̄z Luc. 1. c. ergo multomagis ista q̄ fuit fine ꝓpatōe dignior. Ad h̄ rñdet alber. q̄ locus nō sanctificat hoiez s̄z hō locū: vt dic Crisō. di. 40. c. Multi. Dignior ergo locus est i q̄ habitat maioris dignitatis t sanctitatis p̄sona t i q̄ exercet pfectior opatio. Erat ergo dignissima habitatio i terra illa in q̄ habitabat dignissima t sanctissima creatura q̄ ipse sanct⁹ sanctoꝝ semp inhabitauit nūquā sola reliqt: quā multitudo angelorum frequentauit. Exercebatur etiam ibi

in nobilissima operatione. s. contemplatõis oratio-
nis deuotõis vt dicem⁹. Dignius ergo ora-
torium istud q̃s illud iudaicũ in quo fiebat thau-
rorũ vitulorꝫ mactatio thuris icensatio. Fiebat
itaqꝫ ista anũciatio ꝛ icarnatio in loco dignissi-
mo in tẽplo. s. sacratissimo vteri ỽginalis. vñ
canit de ea eccl'ia. Templũ domini sacrariũ spi-
ritus sci. Et Beatus Bernardus ait. Nõ fu-
it locus dignior vtero ỽginali. Et qꝫ dicit in-
gressus ad eam iqt Albertus. Credimus ãge-
lũ clausis ianuis dom⁹ ad eã itrasse ꝛ hoc potu-
isse, ꝓpter nature sue subtilitatẽ ꝛ assũpti etherei
corporis q̃litatẽ. Qõ cõfirmat Bernardus su-
per Missus ẽ dicẽs. Nõ fuit difficile angelo p
clausuꝫ hostiũ itrare penetrare ad abdita ỽgi-
nis qmuꝫ ex subtilitate substãtie sue hoc hꝫ i nã
q̃ nec ferreis seris ei⁹ arceat igressus quocũqꝫ
suus eũ ferat ipetus. Angelicis. n. spiritib⁹ pa-
rietes nõ obfistũt sed cũcta illis visibilia cedunt
ꝛ solida ꝛ spissa penetrabilia sũt eis ꝛ puia. Su-
spicandũ igit non est q̃ aptum hostium angel⁹
iuenerit ỽginis cui nimiꝫ in ꝓposito erat fre-
quentias hominũ fugere: vitare colloqa ne vel
orantis silentium pturbaret. Clauserat inquaꝫ
super se illa hora habitaculũ suum prudentissi-
ma ỽgo sed hoibus non angelis. Et sic potuit
ad eã itrare angelus sed nulli hoium facilis pa-
tebat accessus. Hec beat⁹ Bernard⁹. Quar-
tũ considerandũ de missione angeli ad ỽginẽ
dicitur actualitas. In quo. s. actu erat btã ỽgo
quando ad eam missus ẽ angelus. Et respõdꝫ
Albertus q̃ erat in actu contemplationis. Nã
ad contemplatõem pertinet quod dicit i ternis
Sedebit solitarius ꝛ tacebit ꝛ leuabit se sup se.
Dicit. n. pbs q̃ anima sedẽdo ꝛ quiescendo fit
prudens. i. sapiens. Sed beatissima ỽgo in cõ-
cipiendo delebat fieri virgo prudẽtissima ꝛ ma-
ter sapientie. Ergo congruebat ei sedere mẽte
ꝛ gescere quod fit per contemplatõem. Luꝫ eti-
am dominus appropinquaret in illo mysterio
btissime virgini descendendo ꝛ ipa debuit ob-
uiare ei ascendendo. s. eleuando se super se per
contemplationem. Sm illud Amos. 4. c. Pre-
parare in occursuꝫ deo tuo. Nam nobilissima
operatio fuit conceptio filij dei. Jõ debuit fieri
in nobilissimo statu qui ẽ status contemplatio-
nis. Erat ergo beatissima ỽgo in ipa annũcia-
tione ꝛ conceptione in sũmo contemplatiõis af-
fensu tota per dilectõem in deum transformata
Et Beda super illud Luce. xi. c. Bti qui audi-
unt ỽbum dei dicit. Hoc in loco btẽ dei geni-
tricis excellentia cõmendatur: qꝫ in tanta specu-
lationis custodia domino famulabatur q̃ ipi⁹
humilitati ꝛ sanctitati nullus sanctorum cõpa-
ratur.

Qualiter angelus apparuit virgini in assũ-
pto corpore in forma humana ꝛ etate iuuenili
ꝛ veste clara ꝛ locutus est voce sensibili.

Cap. .2.

Secundũ mysterium contemplandum
s de annũciatione ỽginis dicitur ange-
lice apparitionis. Circa qõ cõsideren⁹
angeli apparentis quatuor conditiones.
Prima dicitur forme.
Scõa etatis.
Tertia claritatis.
Quarta locutionis.

Prima conditio consideranda dicitur for-
me. Apparuit. n. angelus ỽgini in spẽ corpo-
rali quam ipse assũpsit ex aere cõdensato. ꝛ ma-
gis apparuit in forma humana q̃s i alia forma
corporea ſm Albertuꝫ qꝫ ỽgo sensibil'r ab an-
gelo illuminari debuit. Illuminatio aũt sensiti-
ua ad cognitõem fit mediante locutõne. Ergo
medium illuminationis debuit esse locutiuum
Sed nulluꝫ sensitiuum est locutiuũ nisi hõ. Et
iõ decuit vt ipse in specie humana non i alia ap-
pareret: vt sicut nobilissimum intellectum erat
quod illuminabat eam iterius. s. deus sic nobi-
lissimũ eẽt instrumentum per quod illuminaba-
tur exterius. s. spẽs humana. Et hec forma hu-
mana fuit in sexu virili quod pz ex verbis Am-
brosij dicentis super Lucam. Trepidare vir-
ginuꝫ est ꝛ ad omnes viri ingressus pauere ꝛ
omnes viri affatus vereri. Quod iõ dicit quia
euangelista ait q̃ turbata ẽ qꝫ in sermõe angeli
qꝫ spẽm viri habebat. Hoc ẽt hoc ex eo qꝫ de si-
milibus idem ẽ iudicium vt dicitur i glosa in. c.
Translato sacerdotio. Extra de constõnibus.
Et in. c. Inter corporalia. Et de translatione
epi ꝛ electi. Et in gl. i. c. Inter ceteras. Extra
de rescriptis. Et extra de electõe. in. c. Dudũ.
Et di. 4. c. Denicꝫ. Et dist. 5. c. Ad eius. Et
1. q. 3. c. Si qs obiecerit. Et. ff. de legibus. c.
Nõ possunt. In oibus aũt apparitõibus ange-
lox figuratiuis hui⁹ annũciatõis angeli appa-
ruerũt in forma virox: vt quãdo apparuerunt
tres viri. i. ãgeli abrahe. Genesis. 18. c. ergo ꝛ
nũc angelus apparuit in specie viri. Additur ꝛ
alia rõ ſm Albertũ qꝫ sexus femineus nõ est il-
luminatiuus sꝫ magis illuminabilis fꝫ Apl'm
dicentẽ. Mulieres i ecclesijs taceãt: sed domi

viros

viros suos interrogent. Caput. n. mulieris ē vir. Jō angelus potius debuit apparere i sexu virili q̄ feminco. s. quātū ad aspectū. Scd̄a cōditio consideranda dicit̄ etatis. Apparuit ēt angelus i etate iuuenili nō puerili aut senili. rō est ꝑm Albertum qꝛ senex inquātū hui⁹ dicit ꝺ fectū ⁊ silr puer. Sed iuuenis dicit nouitatem cū perfectōe. Hic aūt nūciabat̄ ille q fuit nou⁹ ꝑm humanitatem: ꝑfectus ꝑm diuinitatē. Ergo a nūcio in spē iuuenili debuit nūciari. Congruebat ergo forma iuuenilis illuminatōi sensibili nō aūt pueri vel senis forma: qꝛ pueri non ꝑfecte vtūtur discretōe sensuū: ⁊ senes deficiūt ꝑm sensū. Neutra ergo etas conueniebat illuminatōi sensibili vbi necessaria ē ⁊ discretio sensuū ⁊ vigoꝛ organoꝝ. Tertia conditio consideranda dicit̄ claritatis. ꝑm Albertuꝫ angelus iste apparuit ꝟgini in veste clara. Nō. n. apparuit nudus sꝫ idutus qꝛ in scripturis sic legunt̄ angeli apparuisse. Nā in resurrectōe viderunt mulieres in monumēto duos angelos i albis sedentes. Et post ascensionē xp̄i imediate apparuerūt duo viri in albis vestibus. i. angeli: vt habet̄ Actuū. I. c. Sic apparuit angelus virgini in veste clara non alba nec nigra vel rubea. Et hoc ꝓpter annūciantē ⁊ ꝓpter recipiētez ⁊ ꝓpter nunciatū. Propter nūciantē qui ē angel⁹ q claritatē cognitōis ⁊ puritatē hꝫ. Propter ꝟginē recipientē que cōcepit sine tenebꝛa peccati Propter annūciatū qui sine pctō cōceptus peccare nō potuit. Quarta cōditio cōsiderāda dicitur locutōis vbi q̄rit̄ qua locutione locutus ē angelus q apparuit ꝟgini. Habēt. n. angeli suas locutōes adiuicē ⁊ ad aīas btās spūales nobis ignotas manifestantes suas cogitatōnes ⁊ affectus: de qbus dixim⁹ in sermone de lingua Habēt ⁊ suas locutiōes ad hoies cum ad eos mittūtur. Aliqñ iteriores. s. illuminādo ⁊ instigando ad bonū. Sicut zacharias ꝓpheta dicit. I. c. Dixit angelus qui loquebat̄ in me. s. i mēte. Aliqñ ꝟo cū mittūtur in spē visibili loquūt̄ ēt voce sensibili: sicut pꝫ de angelis apparētib⁹ abrahe nūciantibus cōceptū ysaac: ⁊ de angelis apparentib⁹ in forma humana i resurrectōe xp̄i ad monumentū clara voce annūciantibus eā mulieribus: ⁊ in ascēsione discipulis. Ita dicēduꝫ ē hic q̄ sicut i spē humana vt dictū ē apparuit marie: ita ⁊ voce humana locutus ē: vt pꝫ ex lr̄a euangelij lꝫ. n. angelus nō haberet dētes naturales vt hō nec palatum guttur vel pulmonē ex qbus formatur vox humana tñ ⁊ sine illis potuit formare vocem humanā. i. similem ei. Sicut ⁊ cū fcā est vox de celo que audita est. Hic est filius meus dilectus in aere vbi illa instrumēta vocis humane nō erant. Decuit enīꝫ vt sicut non soluꝫ illuminatōe iuisibili mēs ei⁹ illustrabatur ⁊ ī flammabatur a deo ita ēt ⁊ visione clara ⁊ locutōe sensibili oculi eius ⁊ audit⁹ eius ⁊ oēs sensus reficerent̄ in dño.

Quod in angelica salutatiōe exprimuntur dei maiestas ⁊ sublimitas vnionis ac vtilitas i carnatōis. Et quatruplex excellentia virginis benedicte.

Cap̄. .3.

Tertium mysteriū contēplandū de annūciatōe virginis dicitur angelice salutatōis. Ingressus qppe angelus ad virginē salutauit eā dicēs. Aue gr̄a plena dñs tecū bñdicta tu in mulieribus. In qua salutatiōe cōtinētur quatuoꝛ.

Primū est mittētis maiestas.
Scd̄m vnionis sublimitas.
Tertiū incarnatōis vtilitas.
Quartū marie singularitas.

Primū quod continet̄ in angelica salutatōe ē mittētis maiestas. dixit. n. verba salutationis angelus ex pte dei. Hec. n. dictio hꝫ tres lr̄as Innuentes personas diuine maiestatis. s. patris ⁊ filij ⁊ spūs sci. Nam prima lr̄a que ē. A significat spm̄ scm̄. Ipse. n. spūs sanctus vt ait Grego. amoꝛ est. Scd̄a littera est. V. significans personam filij q est ꝟbum patris ⁊ quasi medi⁹ nō situ sed numero iter patrem ⁊ spiritum scm̄. Inqt. n. Joānes p̄ma canonica. c. 5 Tres sūt qui testimoniū dant in celo: pater verbū ⁊ spūs sanctus. Tertia littera ē. E. significans patrem. Nam vt dicit Hilarius li. ꝺ trinitate. Eternitas est in patre. Nō ita tñ qn filius ⁊ spūs scūs sit etern⁹ cū eo: sed qꝛ ei appropriat̄ magis. Eternū. n. importat quid sine pricipio. Filius aūt ⁊ spūs scūs q̄ꝫuis nō habeant principiū hui⁹ creatōis nec factionis: habēt tñ emanatōis principiū. vnde Aug. li. 4. de trinitate ait. Pater est principiū totius deitatis: qꝛ emanat filius a patre: ⁊ spūs sanctus ab vtroq̄ꝫ: ⁊ si ab eterno. Solus aūt pater est sine aliquo principio: qꝛ a nullo ip̄e emanat. Et vt inqt Tho. I. pte. q. 33. lꝫ attribuamus patri aliqd auctoritatis rōne principij nihil tamen ad subiectōem vel minoratōem quocūq̄ꝫ modo ꝑtinentis attribuimus filio aut spūi scō. nam p̄ncipiū in diuinis significat originem. Dixit ergo an-

gel⁹. Aue quasi dicat tota trinitas me mittit ad te: qꝛ ⁊ ipsa tota opabit̃ istã incarnatõez i te. Tota nãqꝫ trinitas. s. pater ⁊ filius ⁊ spũs sanctus opata est mysteriũ incarnatõis. s. formãdo illd̃ corpus ex Ꝟgine aiaꝫ xp̃i subito creando ex nihilo: ⁊ vnionẽ illam humanitatis sue cũ deitate efficiendo: ⁊ grãm ⁊ sapientiã ei infũdẽdo. Inseparabilia sũt. n. opa trinitatis vt dicit Augu. Et idẽ in glo. i. c. 1. de ũma tri. ⁊ fide ca. Et d̃ con. di. 3. c. vlt. ⁊ di. 5. c. Saluator. Et. 28. q. 1. c. Sic enim. s. ab extra lꝫ solus filius non pater nõ spũs sanctus vnitus sit nostre humanitati in vna persona. Angelus itaqꝫ dũ dixit Aue a tota trinitate dixit se missum. Scd̃m qd̃ cõtinet̃ in angelica salutatõe est vnionis sublimitas. A. n. est p̃ma lr̃a alphabeti in quo oẽs sciẽtie comprehendũtur. Et vt inqt Hysidor⁹ primo li. ethimo. A. lr̃a in oĩbus gentibus prior ẽ pro eo ꝙ ipsa prior nascentibus vocẽ aperiat vnde ⁊ latini dicunt. A. ⁊ grece alpha. hebrei aleph. V. Ꝟo est vltima lr̃arum vocaliũ s̃m latinos. In salutatõe Ꝟo angeli iste due lr̃e. A. ⁊ V. iũgũtur cũ. E. in vna dictõe ad significãdũ ꝙ diuina natura ⁊ humana vnita sũt adinuicẽ in vnitate persone in Ꝟgine maria. Inter nãs. n. intellectuales prima ⁊ sup̃ma p̃ncipiuꝫ omnis creature ⁊ sapientie ẽ natura diuina signata per. A. vnde ipse deus dicit apocalypsis. 1. c. Ego sum alpha ⁊ o: p̃ncipium ⁊ finis omnis creature: vltima aũt naturaꝝ que intelligentiam habent est natura humana designata p. V. Dicit ergo ãgelus. Aue: quasi dicat hoc est quod tibi nũcio qꝛ in te vnient̃ in vna p̃sona deus ⁊ hõ. Naturam. n. human in te ⁊ de te assumet. Tertiũ quod cõtinet̃ in angelica salutatõe est incarnationis vtilitas. Dicitur. n. i quodã versu. O ẽs dicũt. E. vel. A. quod nascũtur ex eua. s. i egressu ex vtero matris. Nascũtur. n. lugendo qui ploratus ẽ quasi q̃daꝫ p̃phetia nostri icolatus designãs ex hoc ꝙ in terram ⁊ vallẽ lachrymaꝝ ⁊ miseriaꝝ intram⁹ Et masculus qdem in ploratu suo nascẽs p̃fert. A quasi dicẽs. Similis sum ade masculus miserias inumeras ⁊ mortẽ cui sum subiectus deplorãs. Femina aũt in ortu suo plorãs. E. resonet quasi diceret femina sum eue similis cuius miserijs ⁊ maledictis subicior. Sꝫ adam ⁊ eua cũ filijs ⁊ filiab⁹ suis ab ei⁹ mortificatis viuificantur p Ꝟginem matrẽ: quod significatur p mediũ. V. inter. A ⁊. E. mediatrix ⁊ genitrix vite per filium suũ benedictũ. Vbi ẽt aduertendum ꝙ istud nomẽ eua si lr̃e ipse contrario exp̃mantur s̃m ordinẽ suum sonat Aue. Quasi dicat angelus: iõ dico tibi. Aue quasi tota contraria es eue. Et hoc ẽ quod canit eccl̃ia i hymno Sumens illud aue gabrielis ore: fũda nos i pace mutans eue nomẽ. Illa. n. eua fecit filios suos inimicos dei: ⁊ Ꝟgo nos pacificauit deo. Illa superbiuit contra dñm similis volẽs eẽ deo ista se p̃fundissime humiliauit vocãs se non matrẽ domini sicut erat sed ancilla domini. Ecce ancilla domini. Ecce ait ancilla dñi Illa mater cũctoꝝ spũalis iterfectrix: hec cunctoruꝫ mater spũalis viuificatrix. Illa maledicta multipliciter a deo: hec benedicta in matri vtero. Et iõ merito dixit angelus. aue qd̃ est oppositũ eue versis lr̃is econtra. Quartũ quod continetur in angelica salutatõe est marie singularitas de qua q̃tuor singulares excellentias exp̃ssit angelus

Prima nature.

Scd̃a gratie.

Tertia glorie.

Quarta benedictionis.

Prima Ꝟginis excellentia singularis dicit̃ nãe. s̃m. n. aug. li. 13. de ciuitate. Quod penaliter p̃cessit in peccãtibus p̃mis nãl̃r secutũ est in nascentibus ceteris. Et s̃m anselmũ persõa scilꝫ adam corrupit naturaꝫ ⁊ nã corrũpit p̃sonã oẽm. s. ab adam p propagatõem libidinosã descendentẽ. Quare filij adam multiplici ve affligũtur a quo Ꝟgo extitit imunis. vnde dixit angelus. aue. i. sine ve. Et hoc triplici qdem modo cui subiacet totũ femineũ genus. primo scilꝫ pudoris laboris ⁊ doloris. Btã Ꝟo virgo fuit sine ve pudoris in cõceptõe: sine ve laboris in gestatõe: sine ve doloris in p̃turitõe. Nam teste Bernardo super missus ẽ fuit sine corruptõe secunda: sine grauamine grauida: sine dolore puerpera. Vt aũt dr̃ extra de desponsatione ipubeꝝ. c. Puberes. Puerpere sũt que in annis puerilib⁹ pariunt. Rõ aũt quare fuit sine corruptõe qꝛ cõcepit nõ humano semine sꝫ mystico spiramine angelo illi dicẽte spũs scũs sup̃ueniet in te: fuit sine ve laboris qꝛ leue põdus imo delectabile gestat. Fuit sine ve doloris qꝛ parturijt sine lesione. Hac triplici maledictiõe in nulla muliere nã imunis fuit nisi i sola Ꝟgine bñdicta. vñ eue geñ. 3. c. dictũ ẽ. Multiplicabo erũnas tuas ⁊ cõcept⁹ tuos. In dolor̃ p̃ies filios tuos. Scd̃o ẽt mõ i Ꝟgie p aue excellẽtia nãe demõstrat̃ qꝛ ab alio triplici ve imũis fuit. s. a cõcupiscẽtie culpe ⁊ pene. de q̃ agla clamabat

apocalipsis

apocalipſ.9.c. Vhe vhe vhe habitãtib⁹ i terra ſ uit.n.btã ꝙgo ſiñ prio ve ⁹ ẽ ſine ꝯcupiſcẽ tia pcī ozigial': qz ſine illo cõcepta ẽ vl' ab illo ſcificata. vñ Cãti. 4.c. dr̃ tota pl'chra es amica mea. Tota pl'chra es ⁊ macula nõ ẽ i te. ſ uit ſi ne vhe culpa mortalis ⁊ venialis. vñ Aug. in li. de natura ⁊ gr'a ait. Cũ de peccatis agit̃ nul lã volo de matre dñi facere qõnem. ſ uit tertio ſine vhe pene q̃ ẽ in ſeparatõe aie a cozpe qz in tali ſepatõe nullam ſenſit penã: nec ẽt ſuũ cozp⁹ putrefactũ ẽ: qz aſſumptũ vna cuz aia. Tertio p aue in virgine excellẽtia nãe demonſtrat̃ qz fu it ſine alio triplici vhe. ſ. carnis mũdi ⁊ diaboli luxuriã excluſit p Vginitatẽ: auaritiã: per pau ptatẽ: diabolã vel ſuphiam p humilitatẽ: quia has virtutes pfectiſſime in ſe habuit. Scõa virginis excellẽtia ſingularis dicit̃ gratie: hanc exp̃ſſit angelus cũ dixit. Gratia plena. de hac Vo plenitudine diximus in alio ſermõe de annũcia/ tõe in ope de laudibus ſcõz. Tertia virginis excellentia ſingularis dicitur glie. Et hanc ex/ p̃ſſit angelus cũ dixit. Dñs tecũ. vbi ſciendum q̃ ſm doctrinã theologoz: deus dicitur eẽ i oi bus rebus creatis tripl'r. ſ. per eſſentiã pſtiam ⁊ potentiam. Et in ſcis ſuis quarto mõ. ſ. per i habitantem grãm vel bec ichoatam vel in futu ro conſumatã. Oibus hijs modis erat deus i btã maria pfectius q̃z in ceteris oibus. Dicit̃ eni deus eẽ in creaturis per eẽntiam inquãtuz p ſuũ continuũ influxũ cõſeruat creata in eẽ. vñ Gzego. in homelia ait. Cũcta in nihilũ tende/ rent niſi ea manus oipotentis ſuſtentaret. ⁊ ſic exponit Chriſoſtomus illud ioãnis. 1.c. Sine ipo. ſ. gubernãte factũ ẽ nihil ideſt quod factuz ẽ nihil eſt. Quanto aũt aliqua creatura vel i ſpe cie vel in idiuiduo hz perfectius eſſe tantoma/ gis aliquo modo dici põt deus ibi magis ineſ/ ſe per eẽntiam. vnde magis in hoie q̃z in bru tis. Et qz btẽ marie dedit nobiliſſimũ eẽ ⁊ ſm aiam ⁊ ſm cozpus: qz fuit optime diſpoſita vt cõciperet xp̃m iõ q̃ztum ad hoc deus p eſſentiã in ea fuit excellentius q̃z in alijs rebus creatis. Sz hoc loco pleriqz ſcire cupiũt. An ſicut beata virgo pulcherrimã habuit animã ita ⁊ pulchrũ dederit deus eẽ cozporis. Et ad hoc dicit Al/ bertus ſup Miſſus ẽ. q̃ ſic ⁊ q̃ pulcherrima fu it virgo ipſa ẽt ſm cozpus tam quo ad debitaz cozporis quantitatẽ ⁊ qualitatẽ q̃z quo ad elegã tem mẽbroz diſpõnem ⁊ pportionem q̃z etiam quo ad coloris venuſtatem. Et hoc pbat tripl'r Primo auctoritate. Scõo exẽplo. Tertio rõe

Primo auctoritate Salomonis dicẽtis in pſo na dei. Tota pulchra es amica mea. Tota pul chra es ⁊ macula nõ ẽ in te. Nulla aũt coniũcti oz ⁊ amicitioz deo btã virgine que tota pulchra fuit in anima ⁊ cozpoze. Quod aũt euangeliuz nihil dicat de pulchritudine eius cozporali. Iõ factum eſt qz cũ ipa domina noſtra ſit poſita no bis inſpeculum ⁊ exemplum ſalutis non voluit eam in talibus laudari quoz inordinatus appe titus vel abuſus multis ex cauſa peũdi. Secũ/ do pbat Albertus pulchritudinem virginis ex emplo figurali veteris teſtamenti. Nam quatu oz inueniũtur ibi mulieres beatã mariaz expreſ ſiſſime figurantes. ſ. heſter coniugata: iudith vi dua: rebecca ⁊ rachel virgines. Nam de rebec ca dicitur geneſis. 24.c. Quod fuit puella ẽcora nimis virgoq̃z pulcherrima ⁊ icognita viro Et de rachele geneſ.c. 29. q̃ erat decoza facie ⁊ venuſto aſpectu. Et de iudith eiuſdem. 8.c. q̃ erat elegãti aſpectu nimis. Et. x.c. q̃ dominus pulchritudinẽ eius amplianit vt icompabili de cozo omnũ oculis appareret. Et de heſter ſcri/ bitur eiuſdẽ. 2.c. Erat.n. formoſa valde ⁊ icre dibili pulchritudine omniũq̃z oculis gratioſa ⁊ amabilis videbat̃. Signũ autem ⁊ figuram de bet aſſimilari ſignificato ⁊ figurato ⁊ potioz eſt veritas q̃z figura. Ex quo ſequitur q̃ beata ma/ ria figurata p iſtas tam pulchras multopulchri oz fuerit. Tertio albertus pbat pulchritudinez virginis rõne. Nam ſm phm natura eſt vis i ſita rebus ex ſimili ſimile pcreans. Niſi ergo natura ipediatur vel erret filius erit ſimilis pa/ tri vel matri. vñ ſequitur q̃ filius qui naſcitur de matre ⁊ non de patre ⁊ tali operante qui nõ po teſt impediri vel errare. ſ. deo: ibi neceſſe ẽ fili/ um fieri ſimilez matri ⁊ econuerſo. Sz xp̃s fili us virginis fuit pulcherrimus iuxta illud p̃s. Speciosus forma pre filijs hominuz. Ita q̃ in ipſum deſiderant angeli, pſpicere: vt dicit Pe trus prima ſua canonica. Ergo ⁊ beata maria mater ei⁹ ẽ pulcherrima. Pulchritudo aũt illa nulli potuit eſſe occaſio ſcandali: qz vt ait Bo/ nauentura in tertio. tanta erat honeſtas aduni cta illi pulchritudini q̃ ſicut inuenitur ſcriptuz in quodam libzo hebraico: nullus erat adeo li/ bidinoſus et incontinens qui aſpiciens virgi/ nem cum tanta venuſtate pudicitie non incen/ deretur ad illius deuotionez. Ita q̃ a nullo vn quã potuit concupiſci. Secundo dicitur deus eſſe per preſentiam in omnibus quia nouit om nia intima creature. Omnia enim ſunt nuda

⁊ aperta oculis eius: vt dicit ad hebreos. 4. c.
Sed in beata Vgine fuit p̄ p̄sentiā: nō soluz qa
vidit omnia secreta eius affectus ⁊ cogitat⁹ ocu
lo cognitionis: sed ⁊ oculo approbationis om/
nes actus interiores ⁊ exteriores vt sanctissi/
mos approbauit. Tertio de⁹ dicit esse in reb⁹ p
potentiā qr omnibus dat virtutē operandi. vñ
Joānis. 15. dixit Christus. Sine me nihil po
testis facere. Et qr virtutē dedit operandi bea/
te marie p̄fectius q̄z alteri pure creature. Ideo
perfectius q̄z in alijs fuit cū ea. Quarto de⁹ est
per gratiā in sanctis: qr vt dicit prime Joh. 4.
c. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus
in eo. Sed certe nullus potest equari beate ma/
rie in charitate. Sed vltra dictos modos essen/
di fuit modo inaudito a seculis stupendissimo. s.
per presentiā corporalez quādo Vbū caro factuz
est ⁊ nō nisi de Vgine maria. Ideo angel⁹ accō
modissime dixit. Dñs tecum. Sed pleriq; ar/
guunt q̄ nō bene dixit angelus vtendo hoc no
mine dñs. Nā s̄m Philosophū: s̄mones in/
quirendi ⁊ faciendi sunt s̄m materiā que tracta
tur. Vñ in materia amoris nō debet poni no/
men timoris s̄m illud Malachie. 1. ca. Si ego
dñs vbi est timor meus. Cū ergo in hac saluta
tione tractaret materia summi amoris. s. incar/
natio filij dei non videt q̄ debuerit dicere dñs
tecū: sed pax tecū: sicut ⁊ filius ei⁹ salutabat quos
diligebat. Ad hoc rñdet Albertus q̄ in ista sa/
lutatione in eo q̄ dicit. Dominus tecuz. Duo
intendunt: vnū vt p̄sona mittentis ꝓprie expri
matur. Alterū vt liberū arbitriū Vginis ad cre
dendū ⁊ assentiendū inclinet. Ista aūt duo per
fectissime ⁊ ꝓprijssime exprimit hoc nomē do/
minus qd̄ a potentia imponit. s. a. dominādo.
vnde beatus Ambro. dicit q̄ dñs nomē ē po/
tentie. Et quādo absolute dicit soli deo appro/
priat. Alij Vo domini dicunt respectu s̄ui illi⁹
vel illius seu alicuius loci determinati. Ipse ab
solute dicit dominus: qr est dñs omniū. Vnde
in p̄s. Domini est terra ⁊ plenitudo: ei⁹ orbis
terraꝝ ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Et hester.
3. c. Domin⁹ vniuersoꝝ tu es. Qd̄ soli⁹ dei tri
nitatis est propriū q̄ est p̄sona mittens in hac sa
lutatione. Et sic p̄sona mittēs nominat. Per
idē autez ⁊ liberū arbitriuz beatissime virginis
inclinat qr ad cōsentiendū in mirabilia maxime
disponit fides de omnipotentia: qr credit deuz
omnia facere posse acquiescit ipsum posse ⁊ na/
turas mutare ⁊ naturis imperare. Ad creden/
duz ergo ꝯgruentissime ponit hoc nomē domi
nus qd̄ absolute positū est omnipotētie demon
stratiuū. Quia Vo liberū arbitriū beate Vginis
etiā p̄ se erat facile ad credendū paratū nō indi/
guit exprimi cū insinuatione omnipotentie: vt
diceret. Dominus omnipotens: vel cū terrore
vt dominus exercituū. Sed suffecit leuis ei⁹ an
nunciatio ⁊ quasi obscura expressio potētie qua
iis per hoc nomē dñs importatur. Dicit ergo
dominus tecū quasi dicat ei aperte. Nihil cre/
das tibi impossibile que scis te dominū in sociū
habere. Sed dic cōfidenter: omnia possum i eo
qui mecū est. Si eniz aliqui duo vnū officiuz de
beant operari quid impedit si vnus est debilis
cuz alter sit adeo fortis vt per se effectū illū pos/
sit inducere isto etiā nō iuuante. Et sic patet q̄
domin⁹ hic ponit ad notandā potentiaz fiendi
nō timorez vel terrorez. Quarta Vginis ex
cellentia dicitur benedictionis. Dixit enim an/
gelus benedicta tu in mulieribus. Quod pōt
exponi s̄m duplicem intellectuz. Primus in/
tellectus est benedicta tu in mulieribus. 1. super
omnes mulieres quia peruenisti ad tertiū bene
dictionis graduz in genere muliebri: ad quem
nulla alia mulier attingit vel attingere potest.
Primus gradus est qr aliqua mulier fecunda
est sed nō virgo. Secūdus qr aliqua virgo sed
nō fecunda. Tertius vero sol marie propri⁹ est
q̄ fit virgo ⁊ fecunda. Secundus intellectus ē
benedicta tu in mulieribus qr per benedictiōez
participat cū omni statu ⁊ genere mulierū. fuit
eniz cū Vginibus virgo: cū cōiugatis fecunda
⁊ cū viduis cōtinens ⁊ casta. O q̄z insolita ⁊ di
gnissima fuit hec salutatio: o q̄z blande q̄zq̄z re/
uerenter ab angelo pronunciata ꝓpter qd̄ non
immerito virgo cogitabat qualis esset. Et tan/
dem cū ab angelo fuisset de omnib⁹ ac de incar
nationis mysterio plene instructa genib⁹ flexis
oculis plāgentibus ⁊ facie in celuz erecta dixit.
Ecce ancilla domini: fiat mihi s̄m Vbū tuum.
Moxq̄z filium in vtero cōcepit. Et verbū caro
factum est vt saluuz faceret genus humanū qd̄
perierat. amen.

Sermo quinquagesimus sextus de angelis
quoꝝ solemnitas in ecclesia celebratur propter
miraculū quod apparuit in monte gargano.

a Angelis suis de⁹ man
dauit de te, vt
custodiāt te i omnib⁹ vijs tuis.
Illuminati ꝓphe Vba sunt ista
originaliter p̄s. 90. Debito/
res sumus fratres charissimi
angelis.

angelis beatis: quoniam volēte deo inumera vt sic loquar beneficia nobis prestare nōcessāt Qz tamē ipsi iuisibiles sunt ꝛ imateriales sub stantie plerique illos negligūt venerari. Ob qđ vt humane ibecillitati consuleret singulari mō in monte gargano Anno dñi. 390. locus iuen tus ē in quo archangeli michaeli aliorūqz ange lorꝝ iugis memoria vsqz ad consumatōem secu li ꝑmaneret. Nam dū qdam prediues nomine garganus q ex euentu suo monti vocabulū de dit ifinita pecorꝝ multitudine abūdaret: contigit vt semel taurū perderet. Quē solicite querens iuenit tandē in Vtice montis foribus cuiusdaz assistere spelunce. Quē cū sagitta appetisset illa velut flamine venti retorta eū a quo iactata est mox reuersa ꝑcussit. Turbati ciues ꝛ stupefacti epm sipōtinū qd facto opus eēt cōsuluerūt. qui triduanū idixit ieiunū orandūqz deum ꝑcepit. Quo ꝑacto sanctus archāgelus michael appa ruit ꝑ visionē epo dicēs. Ego sum michael ar changelus q in cōspectu dñi semp assisto volui aūt locū illius spelūce mihi dedicandū illo indi cio sagitte cūctis mortalib⁹ declarare. Qua visi one letior factus eps alijs quod viderat enarra uit. Et sic ab eo tpe ecclia ibi consecrata fuit ob reuerentiā bti archangeli que vsqz in pñtē diē a cūctis fidelibus deuotōe ꝑcipua frequentat. Quapp ꝛ solēnitas angelorꝝ a patribus fuit in stituta: quā ex debito ꝛ obligatōe ꝑcepti mense septembris oēs celebrare tenētur. Quia Vo i tanta festiuitate mens nostra ad ipsos angelos colendos precādosqz ē inflāmanda. Iccirco đ ipsis in pñti sermōe dicemus. De qb⁹ tria my steria erunt decurrēda.

Primū dr cognitionis.

Scđm ꝓductionis.

Tertiū missionis.

Qualr angel⁹ ab hoie cognosci pōt: ꝛ quō spūs ē incorporeus qui tñ pōt in assumpto cor pore apparere. Cap. .I.

Primuz de angelis mysteriū decurren dū dr cognitōis. In quo tria dubia ꝓ ponimus illustranda.

Primū vtrꝝ substantie sepate q̄ dicūtur angeli possint cognosci ab hoibus viatoribus.

Scđm vtrꝝ angeli habeant corpora sibi natura liter vnita.

Tertium vtrꝝ assumant aliqñ corpora.

Pro ꝑmi dubij illustratōe distiguere possu mus notitiā triplicem.

Prima dicit ꝓpria ꝛ ituitiua.

Scđa cōis effectiua.

Tertia fidelis ꝛ reuelatiua.

Prima notitia dicit ꝓpria ꝛ ituitiua qua. s. cognoscitur angel⁹ in sui substātia sicuti ē. Et hac angelus cognosci nō pōt a puris viatorib⁹ vt inqt Tho. 1. pte. q. 88. ex eo q̄ itellectus no ster ꝑm statū ꝑsentis vite nihil itelligit nisi con uertendo se ad fantasmata. Et sic substātias mā les que sub sensu ꝛ imaginatōne nō cadūt ꝑmo ꝛ ꝑ se ꝑm modū cognitōis nobis exptum itelli gere nō possumus. Immo ꝛ adā in statu ino scentie vt ēt dicit Tho. 1. pte. q. 94. itelliger nō potuit substantias sepatas eo q̄ illi aime cōpete bat modus intelligendi ꝑ cōuersionē ad fantas mata sicut ꝛ nobis. Et lz Plato voluerit q̄ sb stantie imateriales nō solū a nobis itelliguntur sed sint ēt ꝑma a nobis intellecta. Posuit eni formas imateriales subsistentes q̄s ideas vo cabat eē ꝓpria obiecta nostri itellectus: ꝛ ita ꝑ mo ꝛ per se a nobis itellecta. Sz qr aie cognitō applicat rebus mālibus ꝑm q̄ itellectui permi scetur fantasia ꝛ sensus. Iō quātomagis itel lectus fuerit deputatus tātomagis ꝑcipit ma terialiū itelligibilē Vitatem. Nihilominus ꝯri um vr sentire in thimeo vbi dixit. Inuisibiliū diuinaꝝ ꝑtātum q̄ demones nūcupant ꝑstare rōem magis ē opus q̄z ferre valeat hois inge niū. De cōmētatore Vo asserit Tho. q̄ i. 2. me thaphisice dixit. Si substantie abstracte nō po sent itelligi a nobis tūc natura ociose egisset qr fecissz illud qđ ē in se nālr itellectū nō itellectuz ab aliquo. Sz dictū hoc deficit. Prio qr nō se q̄ur q̄ si substantie sepate nō itelliguntur a no bis nō itelligātur ab aliquo itellectu. Intelligū tur. n. a seipsis ꝛ a se iuicē. Scđo deficit snia cō mentatoris: qr nō ē finis substātiaꝝ sepataruz vt itelligantur a nobis. Scđa cognitio dicit cōis ꝛ effectiua. Qñ cognoscit cā per effectuz. Et ē cognitio q̄dā nālis. Hāc cognitōem ha buerūt phi de angelis ꝛ ꝑcipue Ari. i. xi. me thaphisice q voluit q̄ itelligētie mouerēt spas celorꝝ ꝛ celestia corpora. Tertia Vo cognitio fidelis dr ꝛ reuelatiua. Qñ. s. aliqd cognoscit fide: qr sic ē certitudinalr reuelatū hoc mō reli ctis phorꝝ vanitatib⁹ atqz errorib⁹ hoium curi osorꝝ. Nos firmissime asserimus: q̄ angeli sūt nobilissimi spūs deo boni feruētes nobis vt in fra docebim⁹ beniuoli ꝛ affecti qb⁹ medijs dei secreta ꝛ mysteria gratie hoibus sunt reuelata. Mali Vo penis eternis iustissime deputati. si Vo qs q̄ret vñ hec Vitas ē exorta. Rñdemus

q̄ ex latissimo campo scripture sacre veteri videlicet nouoq̄ testamēto vbi de angelis expressa fit mentio. Vnde Gen.ca.16. scribit de agar duz fugeret esseq̄ in solitudine q̄ affligebat eā sara dña sua. Cūq̄ inuenisset eaz angelus dñi iuxta fontē aque in solitudine ꝛc. Dixit ad illaz Agar ancilla sarai vñ venis ꝛ quo vadis. Que respondit a facie dñe mee fugio. Dixitq̄ ei angelus dñi. Reuertere ad dominā tuā ꝛ humiliare sub manib⁹ illius. Et Gen. 19. c. Venerunt duo angeli sodomā vespere. Et. 22. c. Angelus dni de celo clamauit dicens Abzaham abzahā. Et. 28. c. vidit Jacob in somnis scalaz stantē super terrā ꝛ cacumē eius tangens celuz angelos quoq̄ dei ascendentes ꝛ descendētes per illā: Et. 32. c. Jacob itinere quo cepat abijt fuerūtq̄ ei obuiā angeli dñi. Et Exodi. 14. ca. Angelus dei p̄cedebat castra in israel: ꝛ cuz eo pariter columna nobis. Et. 23. c. Ecce ego mittā angeluz meū qui p̄cedat te ꝛ custodiat in via ꝛ introducat ad locū quē p̄parauī tibi. Et Numeri. 22. c. Cū vidisset asina stantē angelū cecidit sub pedib⁹ sedentis. Et secūdi regū vlti. c. Cū extendisset manū angelus dñi sup hierusalē vt disperderet eā misertus est dñs sup afflictionē et ait angelo percutienti. Sufficit nūc cōtine manuz tuā. Erat autē angelus dñi iuxta areā ozne ie/buset. Et quarti reg. 1. c. Angelus domini locutus est ad Heliā. Et. 19. c. Angelus dñi p/cussit in castris assyriozum. Et Thobie. 5. ca. Egressus Thobias inuenit iuuenē splēdidissimuz stantē p̄cinctū ad ambulandū: ꝛ ignorās q̄ angelus dei esset salutauit eū ꝛ dixit. Vñ te habem⁹ bone iuuenis. Et Judith. 13. c. Viuit dñs: quoniā custodiuit me angel⁹ ei⁹. Et eccle/siastici. 5. c. Ne dicas cozā angelo tuo nō ē, prudentia. Et ps. 8. Minuisti eū paulominus ab angelis. Et. 26. Adozate eū omnes angeli ei⁹ Et centesimotertio. Qui facis āgelos tuos spiritus. Et centesimo q̄dragesimo octauo. Laudate eū omnes angeli eius. Et Baruch. 7. ca. Angelus me⁹ erit vobiscū. Et Danielis. 3. ca. Angelus autē dñi descendit cū azaria ꝛ socijs eius in fornacē ꝛ excussit flāmā ignis de fornace. Et eodē. c. Benedicte angeli dñi dño laudate ꝛ supereraltate eū i secula. Et. 14. c. Dixit angelus dñi ad Abacbuc: ser p̄ndiuz q̄d habes Danieli in babylonē qui est in lacu leonū. Et Malachie. 3. c. Statim veniet ad templum sanctū suū dominator quē vos quer̄tis ꝛ angelus testamenti quē vos vultis. Et Luc. p̄mo. c. Apparuit zacharie angelus dñi stans a dextris altaris incensi. ꝛ eodē. c. Missus est angel⁹ gabriel a deo i ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad virginē desponsatā viro. ꝛ. 2. ca. Angelus dñi steti iuxta illos. eodē. c. Dixit illis angelus nolite timere. eodē. c. Ff acta est cū angelo multitudo militie celestis exercitus. et. 22. ca. Apparuit ei angelus dñi de celo cōfortans eū. ꝛ Actheī. 1. c. Angelus domini apparuit in somnis Joseph. ꝛ. 4. c. Accesserunt angeli ꝛ ministrabant ei. ꝛ. 23. c. erunt sicut angeli dei in celo. et 18. c. Angeli eoz̄ semp vident faciē pris mei qui in celis ē. ꝛ. 24. c. Mittet angelos suos cū tuba. ꝛ. 25. c. Cū venerit filius hominis i maiestate sua ꝛ omnes angeli eius cū eo. ꝛ. 26. cap. An putas q̄ nō possum rogare patrē meum ꝛ exhibebit mihi modo plusq̄ duodeciz legiones angelorū. ꝛ Joānis. 5. c. angelus autē domini fm tempus descendebat in piscinā. ꝛ ad Hebreos. 1. Cui aliquādo angelo⁹ dixit fili⁹ me⁹ es tū. ꝛ actuū. 12. c. angelus dñi astitit ꝛ lumen resulsit in habitaculo carceris. eodē. ca. Misit dominus angelū suū ꝛ eripuit me de manu herodis. et Apocalypsis. 1. c. Significauit deus q̄ oportet fieri cito loquens per angelū suū suo suo Joāni. ꝛ. 2. ca. fit mentio de angelo pgamitanre ꝛ sumit ne. ꝛ. 3. c. de angelo sardis philadelphie ꝛ laudicie. ꝛ. 7. c. de angelo ascēdente ab ortu solis. ꝛ. 10. c. de angelo amicto nube. ꝛ 12. c. de angelis preliantib⁹. ꝛ. 14. c. de angelo habente euangeliū eternū. et. 16. c. de septē angelis habentib⁹ septem fiolas ire dei. ꝛ. 18. ca. de angelo descendente de celo habēte potestatez magnā. ꝛ. 20. c. de angelo descendēte de celo habente clauē abyssi ꝛ cathenā magnā. ꝛ. 22. c. de angelo q̄ nō permisit se adozari a Joanne ex q̄bus omnib⁹ cogimur cōfiteri esse angelos licet illos p̄o statu isto in sui substantia videre nō valeam⁹. De demonib⁹ autez videre poteres que posui in tractatu de timore iudiciozum dei.

Secūdū principale dubiū ꝓpositū fuit vtruz angeli habeāt cozpora sibi naturaliter vnita. et quidā cōtendūt ꝓbare q̄ sic. Primo q̄ Origenes in libro periarchon dicit. Solius dei. i. patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti vere id ꝓpriuz est vt sine materiali substātia ꝛ absq̄ vlla cozporee ad ditionis societate intelligat existere. ꝛ Bernardus homel. 6. sup Cantica ait. Liquet omnem spiritū cozporeo prozsus indigere solatio. ꝛ augusti. in secūdo sup Genesim ad litterā. ꝛ i. 3. de trinitate. ꝛ in. 8. de ciuitate dei. ꝛ in libro de

ecclesiasticis

ecclīastici dogmatib⁹ vī asserer̄ q; ā̄geli habeāt corpa aerea ꝛ subtilissima. Secūdo Greg. i homelia vocat angelū animal rationale. Omne autē animal habet corpus sibi naturaliter vnitū. Tertio arguit qz perfectior est vita i ā̄gelis q̄z in animab⁹. Sed anima nō solū viuit sz etiā viuificat corpus: ergo angeli habent corpora sibi naturaliter vnita. Sed cōtra istos ita debiliter arguentes est doctrina omniū theologorū in secundo sententiaꝝ. di. 8. Qui sequētes dionysiū ꝛ Dama. asserunt angelos non hr̄e corpora sibi naturaliter vnita. Et ratio fm Tho. i. parte. q. 51. Quia qñ accidit alicui nature non inuenitur naturaliter in illa natura. Sicut hr̄e alas qz nō est de ratione animalis nō conuenit omni animali. Cū autē intelligere nō sit actus corporis nec alicuius corporee virtutis habere corpus vnitū nō est de ratione substantie intellectualis inquantū huius. Sed accidit alicui intellectuali substantie ꝓpter aliquid aliud. Sicut anime rationali cōpetit vniri corpori qz est iperfecta ꝛ in potentia existens in genere itellectualium substantiarū nō habens in sui natura plenitudinē scientie sed acquirens eā p sensus corporeos a sensibilibus reb⁹. In quocūq; autez genere inuenit aliqd imperfectū oportet p̄existere aliqd perfectū in genere illo. Sunt ergo aliq; substātie intellectuales pfecte in natura intellectuali nō indigentes acqrere scientiā a reb⁹ sensibilib⁹. Quare nō oēs substātie intellectuales sunt vnite corporib⁹ sed alique sunt a corporibus separate. Ad primū ergo obiectum de fīa. Origenes dicit Tho. q; audiendus nō ē qz vt scribit Hieron. in epistola ad desideriū. Origenis melior in bonis peior in malis fuit. Cuius hereses in libris periarchon quos ipse cōposuit maxime inueniri dicunt. Magister in historia scholastica sup genesim circa p̄incipiū Periarchon ingt est liber i quo. Origines dixit xp̄m adhuc in aere pro demonib⁹ pati debere. Sicut in terra passus est pro hominib⁹. Augusti. Vo in p̄tactis locis nō loquit̄ asserēdo: sed referens opinionē platonicoꝝ q; ponebant esse quedā animalia aerea q̄ demones nominabant. Dictū adhuc Bernardi intelligēduz est sane q; spūs creati indiget corpore ad istrumēto nō sibi naturaliter vnito sed ad aliqd assumpto pp instructionē nr̄az. Ad secūdū de Vbo gregorii rñdet q; ipse vocat angelū rōnale animal methaphorice pp similitudinē rōnis. Ad tertiū ing scūs doctor: q; viuificare effectiue: simpliciter pfectionis est, vī ꝛ deo cōuenit. Sz viuificare formaliter est substātie q̄ est pars alicui⁹ nature ꝛ nō habētis in se integrā naturaz spēi. vī substātia intellectualis q̄ nō est vnita corpori est pfectior q̄z ea q̄ est corpori vnita. Hinc Damascenus ait. Angel⁹ est substātia intellectualis icorporea. Et Diony. Angeli sunt spiritualia lumina imateriales incorporei. Tertiū dubiuz p̄incipale fuit vtrū angeli assumāt aliquā̄do corpora. Et q; sic pz. Quia Aug. lib. 15. de ciui. dei. dicit: q; angeli i assumptis corporibus abrahe apparuerūt. Tho. Vo ait q; nōnulli tenuerūt angelos nūq̄z corpora assumpsisse. Sz oia q̄ in scripturis diuinis leguñ de apparitionibus angeloꝝ cōtigisse fm imaginationē. Tamē hoc nō videt cōsonū intētioni sacre scripture. Quoniā id qđ imaginaria visione videt ē in sola imaginatiōe videtis. vī nō videt indifferenter ab omnib⁹. Scriptura aūt diuina sic introducit interdū angelos apparētes vt cōmuniter ab omnib⁹ viderent. Sicut angeli apparentes abrahe visi sunt ab eo ꝛ a tota familia ei⁹: a loth ꝛ a ciuib⁹ sodomoꝝ visi sunt angeli q; venerunt sodomā vespere. Similiter angelus q; apparuit thobie ab oibus videbat. Ex quo manifestū est ista sic cōtigisse fm corporeā visionē q̄ videt id qđ positū est extra videtez: vī ab oib⁹ videri pōt. Taliaūt visione nō vr̄ nisi corpus. Cū ergo angeli neq; sint corpora neq; habeāt corpora sibi nāliter vnita relinquit̄ q; assumant aliq̄ corpora. Et sz illis nō indigeāt pp seipsos assumūt tū illa pp nos vt familiariter cū hominib⁹ conuersando demonstrēt itelligibilē societatē quā hoies expectāt cū eis habendā i futura vita. Insup q; angeli corpora assumpserūt i veteri testō fuit qđā figurale indiciū: q; Vbū dei assūptuꝝ eēt corp⁹ hūanū. Oēs. n. apparitiones veteris testi ad illā apparitiōez ordinate fuerūtq̄ fil⁹ dei apparuit i carne. Notādū tñ q; corpus assūptū vnit̄ āgelo nō qdē vt forme nec soluz vt motori: sz sic motori repūtato p corpus mobile assumptū. Sicut eniz in sacra scriptura ꝓpietates rez intelligibiliū sub similitudinib⁹ rerum sensibiliū describunt. Ita corpora formant sic ab angelis diuina virtute vt cōgruāt ad repr̄esentādū angeli intelligibiles ꝓpietates. Et hoc est angelum assumere corpus. Et sīgs obstaret q; angeli nō assumūt corp⁹ de terra vel aq̄ quia nō subito dispararēt neq; de igne: qz cōburerēt ea que cōtingerēt: nec ex aere: qz aer infigurabilis est: ergo angeli corpora nō assumūt. Rñdet Tho. q; sz aer in sua charitate manens nō retineat figurā neq; colorē: tamē quādoq; densat̄ ꝛ

figurari ⁊ colozari põt sicut patet in nubibus. Et sic angeli assumunt cozpora ex aere cõdensando ipsum virtute diuina ꝯstuz necesse est ad cozporis assumendi formationẽ. Sed adhuc ozitur hic difficultas ꝓpter ea q̃ docent sacri doctozes. Mã cozpus assumptum ab angelo videt quasi viuũ ⁊ opera vite habens ⁊ tamẽ non est viuũ nec habens opera vite: apparet ozganizatuz habens oculos ⁊ nares ⁊ alia sensuũ instrumenta ⁊ tamẽ p ozgana illa ãgelus minime sentit. Jn cozpore sic assumpto angelus videt log ⁊ tamẽ nõ est ꝓpria locutio illa. Similiter comedit ⁊ illa nõ est vera comestio. Jgit in talib⁹ apparitionibus nõ est nisi quedã fictio siue deceptio. Ad hec rñdet Tho. vbi. ꝛ. q. sicut non est cõtra veritatẽ q̃ in scripturis intelligibilia sub figuris sensibilibus describant. Quia hoc non dicit ad astruendũ q̃ intelligibilia sunt sensibilia. Sed qz p figuras sensibiliũ ꝓprietates itelligibiliũ fm similitudinẽ ꝯdã dant itelligi. ita nõ repugnat veritati sanctoꝝ angeloꝝ q̃ cozpora ab eis assumpta videant homines viuentes cũ nõ sint. Nõ enim assumuntur nisi vt per ꝓprietates hominis ⁊ operuz hominis spirituales ꝓprietates angelorũ ⁊ eoꝝ spũalia opera designent. Qõ nõ ita cõgrue fieret si veros homines assumerent: qz ꝓprietates eorũ ducerẽt in ipsos homines nõ in angelos. Similiter est dicendũ q̃ angeli per ozgana assumptoꝝ cozporuz nullomodo sentiunt nec tamẽ supflue sunt formata. Nõ enim ad hoc sunt formata vt p ea sentiant. Sed ad hoc vt per huiusmodi ozgana virtutes spirituales angeloꝝ denotent. Sicut per oculũ denotat virtus cognoscitiua angeli ⁊ per alia membza alie eius virtutes: vt docet. Diony. vlti. c. celestis ierarchie. De locutione vero angeli quã facit in cozpore assumpto verũ est q̃ nõ est ꝓprie locutio sed aliqd simile locutioni inꝯstum angelus in cozpore sic assumpto formaz voces in aere similes vocib⁹ humanis: q̃ voces formant vt p illas dei secreta ad nostras aures pueniant. Comestio adhuc angeli nõ est vera sed figurativa spiritualis comestiõis. Mã comestio importat sumptionẽ cibi cõuertibilis i substantiã comedẽtis. Et ꝯstuis in cozpus xp̃i post resurrectionẽ cibus nõ cõuertet sed resoluetur in ꝓiacentẽ materiaz: tñ xp̃s habebat cozpus talis nature in qõ posset cibus conuerti vnde fuit vera comestio. Sed cibus assumptus ab angelo neꝯ cõuertitur in cozpus assumptũ: neꝯ cozpus illud est talis nature vt in illud possit alimentũ cõuerti. Jdcirco dixit angelus Thobie. 12. c. Cũ essem vobiscũ p voluntatem dei videbar quidẽ manducare ⁊ bibere. sz ego cibo ⁊ potu inuisibili vtoꝝ. Jfiunt igitur omnia in assumptis cozporibus ab angelis nõ ad deceptionẽ sed potius ad vtilitatẽ nostrã: vt ex ꝓdictis patet.

Quod deus ꝓduxit angelos ex ipe in celo empireo. Capi. .2.

Ecundũ mysteriũ de angelis aperiendus dicit ꝓductionis. Jn quo considerare debemus ꝓductionẽ eoꝝ ꝯstum ad tria.

Jdcirco ꝯstum ad causam.
Secũdo ꝯstũ ad tempus.
Tertio ꝯstũ ad locum.

Jdcirco consideranda est angeloꝝ ꝓductio ꝯstũ ad causam. Vbi queritur: an ãgelus habeat causam sui esse ⁊ sit creatus a deo. Et ad hoc rñdet Tho. 1. par. q. 44. ⁊. q. 61. q̃ necesse est dicere ⁊ angelos ⁊ omne id qõ ꝓter deũ est a deo esse factũ. Si. n. aliquid inuenit in aliquo p participationez necesse est q̃ causet in ipso ab eo cui essentialiter cõuenit. Sicut ferrũ fit ignitum ab igne. Deus aũt est ipsum esse per se subsistens ⁊ esse p se subsistens nõ põt esse nisi vnũ. Relinquitur ergo q̃ omnia alia a deo nõ sunt suuz esse sed participant eẽ. Quare causatur ab vno ente qõ pfectissimũ est. Ex hijs dixit Aristo. in 2. metaphisice. Jd qõ est maxime ens ⁊ maxime vez est causa omnis entis ⁊ omnis veri: sicut id qõ est maxime calidũ est cã omnis calidi Algazeles vero in eodẽ loco ingt. Jpsuz esse deo maxime cõuenit: quoniã ipse ẽ ozigo ⁊ ꝓncipiũ essendi ⁊ qõ est a quo est qcqd est. Quod cõfirmans Auicẽna ait. Omne esse est erubezans ab eius esse. Quare ⁊ Plato in thimeo subdidit. Qõ nostrũ esse in cõparatione illi⁹ est nõ esse. Hinc Paulus ad romanos. xi. c. scripsit. Ex ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia Necesse est igit angelos a deo esse creatos. Sz miranꝫ qdã ex eo q̃ de hijs que sunt a deo creata agit Beñ. 1. c. sed nulla mentio fit ibi de angelis: ergo nõ videt q̃ sint creati a deo. Jteruz Aristo. dicit. 8. metaphisice: q̃ si aliqua substãtia sit foꝛma sine materia statiz p ipsam ẽ ens ⁊ vnũ ⁊ nõ habet causam q̃ faciat eã ens ⁊ vnũ. Sed angeli sunt forme imateriales ergo nõ habent causam sui esse. Ad hec rñdet Tho. ꝓmo fm aug. li. xi. de ciui. dei. Qõ angeli non sunt ꝓtermissi in illa ꝓima rez creatione: sz signi

ficantur

ficantur noie celi vel lucis. Ideo aũt vel p̃ter/
missi sũt vel noibus rerũ corporaliũ significati
qz moyses populo rudi loquebaꝫ q nondum ca
pere poterat icorporeã naturaz. De substantijs
No que sunt sozme subsistẽtes dicẽdum q̃ non
habẽt cãm aliam fozmalẽ sui esse ꝛ sue vnitatis
Neqz cãm agentem p̃ transmutatõem materie
de potentia in actũ: sed bene habẽt cãm p̃ducẽ
tem totam substantiam que ẽ ipse deus. Se
cũdo cõsideranda est angelox p̃ductio quãtuz
ad tempus. Aũ. s. fuerũt angeli creati. Et cir/
ca hoc tres repũtur opiniones. ¶Prima opinio
falsa ẽ ꝛ heretica. Hectenet q̃ angeli fuerũt p̃/
ducti ab eterno: hoc. n. esse nõ põt: qm̃ sic deus
creaturas p̃durit q̃ eas ex nihilo fecit: idest p̃
q̃z nihil fuerant. Et vt ingt Tho. I. pte. q. 45.
Cum dicitur aliqd ex nihilo fieri: hec p̃positio
ex nõ designat cãm materialẽ sed ordinem tm̃:
sicut cũ dicitur ex mane fit meridies. i. post ma
ne. Et si obiceret q̃ pbi dicunt ex nihilo, nihil
fit. Rũdet Tho. q̃ pbi nõ considerauerũt nisi
emanatõem effectuz ꝑticularũ a causis ꝑticu/
laribus quas necesse ẽ p̃supponere aliquid i
sua actõe. Er p̃m hoc est cõis eozum opinio ex
nihilo nihil fieri: Sed hoc locũ non hz in p̃ma
emanatõe ab vniuersali rep̃ principio. Secun
da opinio fuit quozũdam doctox antiquozum
scilz q̃ angeli fuerũt creati ante omnẽ munduz
corporeũ. Nam Hiero. hoc videtur asserere
super epistola ad titũ. Ait. n. sic. Sex milia nõ
dum nostris temporis cõplentur annox ꝛ quã
ta tempora quantasq̃ seculox originem fuisse ar
bitrandũ est in qbus angeli troni ꝛ dominatio
nes ceteriq̃ ordines deo seruierũt. Damasce
nus ẽt dicit in. 2. li. Quidam dicũt q̃ ante om/
nẽ creationem angeli geniti sũt vt theologus di
cit Gregozius. s. nazanzenus. De quo asserit
Tho. q̃ tanta ẽ in doctrina eius rp̃iana auctо/
ritas vt nullus vnq̃z eius dictis calũniaz infer
re p̃sumpserit. sicut nec Athanasij documẽtis
vt Hiero. dicit. Tertia opinio aliozum que
tamen precedentẽ nõ reprobat. Sz qz rõnabili
oz fore videt: iccirco tenetur cõiter a doctoribꝰ
q̃ angeli simul cũ creatura corporea sunt creati
Angeli. n. sunt q̃dam pas vniuersi: qz non cõ
stituunt p se vnum vniuersum. Sed tam ipsi q̃z
creatura corporea: in constõnem vnius vniuer
si cõueniũt q̃ apparet ex ordine vnius creatu/
re ad aliam. Ordo. n. rex adinuicẽ est bonum
vniuersi. Nulla aũt ps perfecta ẽ a suo toto se/
pata. Non ergo ẽ ꝓbabile vt deus cuiꝰ p̃fecta
sunt opera creaturã angelicã coẽsum ante alias
creaturas p̃durerit. Ex hoc refert ois Bona
uentura di. 2. secũdi libri. Quod quatuoz a p̃n
cipio fuerunt simul creata. s. angelica nã celum
empireũ: materia p̃ma: ꝛ tps late: illud accipiẽ
do pro qualibet successione. Rõ est qz debue/
rũt in omni genere rex creari tãm in mẽsuris
q̃z in substantijs. ¶Primũ ergo in mẽsuris ẽ temp⁹
Secõm in substantijs corporalibus passiuis ex
materia p̃ma ꝛ in substantijs corporalibus acti
uis ẽ celum empireũ. ¶Primũ vo in substanti
is spũalibus est angelica natura. Iccirco qua/
tuoz hec credũtur fuisse p̃mo creata. Tertio
consideremus angelox p̃ductõem q̃ntuz ad lo
cũ vbi. s. fuerunt angeli creati. Et ad hoc dicit
Strabus super illo vbo. In p̃ncipio creauit
deus celum ꝛc. Celum nõ visibile firmamẽtũ
hic appellat: sed empireũ idest igneũ q̃ non ab
ardoze sed a splendoze dicit: quod statim factũ
angelis est repletũ. Ideo Tho. vbi supra ait.
Quod cũ vniuersum cõstet ex creaturis corpo
ralibus ꝛ spũalibus sic create sunt spũales crea
ture q̃ ad creaturã corporalẽ aliquẽ ordinẽ ha
bent ꝛ toti creature corporali p̃sident: vnde cõ
ueniẽs fuit vt angeli in sup̃mo corpore creari ẽt
tanq̃z toti nature corporee p̃sidentes. Et si obi
ceretur q̃ angeli non dependẽt a corpore secõm
suũ esse ꝛ per cõsequens neq̃z secõm suũ fieri ergo
angeli nõ sunt creati in loco corporeo. Rũdet
Tho. q̃ angeli nõ sunt creati in loco corporeo
quasi dependentes a loco corporeo sed vt p̃di/
ctum ẽ in hoc ostenditur ordo eozum ad natu/
rã corpoream ꝛ q̃ sua virtute corpora cõtingũt
Si hec oĩa que diximus de angelox p̃ducti/
one vel ad capiendũ difficilia: vel ad plene ꝛ tel
ligendum dura cuiq̃z viderenꝰ tantomagis ex
citare nos debẽt ad extollendã totis viribus sa
pientiã altissimi dei. Cuiꝰ opa tam stupẽda sũt
ꝛ iscrutabilia vt nullo humano sensu p̃cipi va/
leant. ¶Pro qbus dicere possumꝰ illud psalmi/
ste. Quam magnificaꝰ sunt opa tua dñe omnia
in sapientia fecisti. Vniuersus nãq̃z mundus
iste sensibilis quasi q̃dam liber est scriptus digi
to dei ꝛ singule creature quasi figure quedam
sunt non humano placito: sed diuinitatis arbi/
